

CORPVS  
MEDICORVM LATINORVM

EDITVM

CONSILIO ET AVCTORITATE INSTITVTI  
PVSCHMANNIANI LIPSIENSIS

VOL. II FASC. 3

QVINTI SERENI  
LIBER MEDICINALIS

EDIDIT

FRIDERICVS VOLLMER



MCMXVI  
LIPSIAE ET BEROLINI IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

## PRAEFATIO

*Liber (medicinalis add. B) Quinti Sereni carmen dicitur in subscriptionibus codicum: hoc unum<sup>1</sup> est de auctore et de opere testimonium, nec qui legerit vel imitatus sit hos uersus per antiqua saecula nouimus quemquam praeter Marcellum quem dicunt Empiricum.<sup>2</sup> solent quidem hunc poetam cognominare Sammonicum et eundem esse dicere quem imp. Alexander Seuerus *ipse nouerat et dilexerat* poetam.<sup>3</sup> nec tamen constat huic fuisse praenomen Quinto nec subscriptionis interpretatio certa est. namque haut absurdum est quod Fröhner<sup>4</sup> coniecit, medicinalis artis poetam appellatum esse *Q. Serenium*; magis etiam mihi placet (propter rationes nominum his saeculis consuetas) audiisse *Quintum Serenum*.<sup>5</sup> nec magis quam de nomine constat de saeculo quo uixerit: neque ex fontibus<sup>6</sup>, qui ei doctrinam medicinalem praebuerunt, neque ex licentiis metricis aut grammaticis<sup>7</sup> quit discerni, utrum saeculo p. Chr. secundo exeunti an tertio uel adeo quarto sit ascribendus. atque quod praeter Lucretium Horatium Vergilium Ouidium imitatur aut affert uersus ex Ennio Plauto Titinio, caue ea de causa eum aeuo Frontonis assignes: in delectu uerborum non stat a partibus archaistarum.*

has igitur quaestiones mitto quia persuasum habeo nos certi nihil scire posse. persequor fata carminis.

primus quem nouerim post Marcellum uersus Sereni in suom usum adhibuit Benedictus Crispus<sup>8</sup>, episcopus ut uidetur Medio-

*Imitatores  
excerpta  
Benedictus  
Crispus*

<sup>1</sup> de Benedicto Crispo u. infra p. IV, de Micone p. VII.

<sup>2</sup> hic in epilogo artis metrico (p. 382 ed. Helmreich) certe imitatur prologum aliosque uersus Sereni: compara u. 3 s. cum Sereni u. 6, u. 8 *salutiferas* cum Ser. u. 1, u. 40 *puleiumque potens* cum Ser. u. 15. 572, u. 41 *pruna Damasci* cum Ser. 517. fontem nusquam nominat.

<sup>3</sup> Lampr. Alex. Seu. 30, 2 cf. Capitol. Gord. 18, 2.

<sup>4</sup> Krit. Anal. Philol. Suppl. 5 (1889) p. 60.

<sup>5</sup> de gentilibus et *Serenius* et *Quin(c)tius* v. W. Schulze, zur Gesch. lat. Eigennamen (1904) p. 229.

<sup>6</sup> de his in uniuersum comprobo sententiam ab J. Keese (Quomodo Ser. Samm. a medicina Pliniana ipsoque Plinio pendeat, diss. Rostoch. 1896) prolatam: Serenum non ipsam adiisse Plinii historiam naturalem sed excerpta ex eo, aucta de aliis fontibus, largiora quam adhuc exhibet Plini quam dicimus medicina. quamquam Keesius materiam non absolutuit.

<sup>7</sup> u. indices p. 79 s.

<sup>8</sup> de eo u. Manilius, Gesch. d. lat. Litt. im MA I p. 197 ss.; edidit A. Mai, Class. auct. V 391—402; Ulrich, diss. Wirzib. Kizingae 1835; S. de Renzi, Collectio Salernitana 1 72—87 (Napoli 1852); editio fida adhuc desideratur.

laniensis per annos 681—725, qui ante a. 681, cum diaconi adhuc munere fungebatur, carmen 241 uersuom finxit inscriptum *medicinalis liber*. Sereni praeceptis et uerbis usus est multo intentius quam adhuc agnouerunt<sup>1</sup>: nominat etiam fontem suom u. 208 *Hunc etiam dirum* (morum) *raparum semine pelli Aseruit Quintus uera ratione Serenus.* caue

<sup>1</sup> grauiora hic compono quia carmen Crispi non in multorum manibus est:  
Crisp. 3 *Protinus ex hederae studeas redimire corona* ~ Ser. 92. 354

5 *sociatur olio* = Ser. 888

7 *His poteris citius acrem (atrium Vind.) reparare dolorem* ~ Ser. 12

10 *unguine de quo* ~ Ser. 512. 717. 763

13 *dolor omnis abibit* = Ser. 413

17 *medicina salubris* = Ser. 344

19 *Et uitiat cerebrum grassans maledicta phrenesis* ~ Ser. 87

21 *seu uis epota corandri* (sic) ~ Ser. 108. 570

22 *raphani cortex* = Ser. 822 B, cort. raf. A.

29 *Omne malum tollit* ~ Ser. 151

31 *potabitur undā* ~ Ser. 406

35 *angīnā* pro nom. item ut in codd. Ser. 278

47 *Lana madens oleo* = Ser. 194

51 *lelisfagus herba* item codd. Ser. 381

53 *Cum dolor insanus* ~ Ser. 399. 473

54 *Et cordis fibras multum dolor angit acerbus* ~ Ser. 351. 380

65 *sed non sine croco* ~ Ser. 236

69 *Splen tumidus* = Ser. 426

99 *reparare dolorem* u. ad u. 7

106 *dolor omnis abest* u. ad u. 13

107 *Plinius id memorat* ~ Ser. 845

109 *Et segregat miseram misero de uiscere pellem* ~ Ser. 497

111 *quos urit fraxinus alta* ~ Ser. 382

122 *Vitis amineae* = Ser. 539

130 *Cum sopor immensus hominis peruaserit artus Tum solet indignas animal penetrari aures* ~ Ser. 178. 176

134 *rubros lege uermes Arboris antiquae* ~ Ser. 169

137 *uulturis atri* = Ser. 204

139 *Cum solet incautis aures peruadere lympha* ~ Ser. 178

140 *Saepe solet uentris nimius transcurrere cursus* ~ Ser. 536

143 *cerasi longum quoque pomum* ~ Ser. 538

144 *Caseus aptus erit* = Ser. 872

155 *Diluta cum ueteri statim potanda Lyaeo* ~ Ser. 397

156 *lactis equini* = Ser. 525

161 *Est morbi species* ~ Ser. 754. 1006

162 *Cum furit insanus uestigiae calculus ardens* ~ Ser. 399

174 *Vile quidem est (om. Vind.) potu, sed non medicamine uile* ~ Ser. 541

181 *gramina mentae* = Ser. 18

193 *candidus ouí* = Ser. 1043

199 *morbus . . . perfurit* = Ser. 695

208 *u. supra:* ~ Ser. 728

210 *cauteria* = Ser. 774

216 *reparare uigorem* = Ser. 12

222 *sed non sine melle* u. ad u. 65

230 *succurrere morbo* = Ser. 206

232 *superare dolorem* = Ser. 450

234 *myrica potens* = Ser. 408

autem inde concludas Crispum uerum nouisse poetae nomen: ei praesto fuerit codex cum eodem titulo quem exhibent libri nostri B classis Q. Sereni liber medicinalis.

Caroli deinde magni temporibus lectum et descriptum esse opus *Iacobus* Sereni testatur carmen insigne seruatum in codice Turicensi (A) fol. 57<sup>v</sup> ante capitula libri medicinalis hoc:

*Incipliunt uersus*

*Herbarum species, pulchros cum germine flores*

*uirgultique comas lente radice reuulsas,*

*si tu, lentifluos uiridi de cortice sucos*

*atque salutiferas uires uel nomina, nosse*

5 *iure uelis, animis satagis seruare secundis:*

*hunc librum legit, subili mente reuolute:*

*sic rerum poteris gnarus cognoscere causas.*

*quicquid humus gignit uel quid fert marmora ponti,*

*quicquid arena fowit, quae magna (sic) glareata Nili,*

10 *squamigerasque uagas uitreo sub fonte cateruas,*

*quicquid ad astra uolat, quae reptant pectore terras,*

*que uestant rapido frendentes aera saltu,*

*messis aromaticę maniplos oriente relatos,*

*balsama gratiflua flagranti pistica nardi.*

15 *quin etiam poteris placito languentibus haustu*

*a domino dominante piam prestare medellam.*

*inclitus iniuchum Christi uirtute tropheum*

*qui regit, hec fieri Karlus rex namque modestus*

*mandat, ut in seclis rutilet sophisma futuris:*

20 *legit enim famulus stilo animoque Iacobus.*

8 *quid ex qui corr. A<sup>1</sup>*

hos uersus Iacobi infuisse iam in codice uetustiore appetet expressis uerbis catalogi librorum, quos ego Reginbertus, indignus monachus atque scriba, in insula coenobio uocabulo Sindleozes Aiua (Reichenau) . . . scripsi aut scribere feci uel donatione amicorum suscepī (Mittelalt. Bibl.-Kataloge Deutschlands ed. Lehmann, I n. 53 p. 258). in hoc catalogo conscripto inter annos 835 et 842 legitur (p. 261, 9): *in XXXI. libello de arte medicinali metris uersibus Iacobus nomine ad Karolum regem scribebat, comprehendens capitula LXII, quem mihi frater Colduinus detulit et donauit.* quis fuerit ille Iacobus nescimus; notarium eum fuisse mera conjectura uidetur ex u. 20 *famulus . . . stilo animoque*, nec pro certo affirmari potest eum conscripsisse libellum *de natura rerum*

Crisp. 237 *Vis* ~ *Vis et Ser. 181. 360. 712. 856*

241 *Omne malum reprimunt u. ad u. 29*

ex his locis comparatis ad restituenda uel firmanda Sereni uerba fere nihil redundat; notandum tamen conspirare Crispum in uitiis cum nostris codd. ut 35 *angīnā*, 51 *lelisfagus* et comprobare illud *Dilūta* Ser. 397 (Crisp. 155).

*opusculum Iacobi*, quod extat in ueteri codice Lucca Capit. S. Martini 490 n. XX saeculi octaui scripturae uncialis.<sup>1</sup> Baehrensius autem, quem sequitur Manitius (Gesch. d. lat. Litt. d. MA I p. 248 adn. 6), ex Iacobi uersibus efficit eum iussu Caroli regis magnum uolumen composuisse, in quo infuerint Macri de herbis carmen et theriaca et ornithogonia, halieutica et cynegetica Ouidi Gratti Nemesiani. hoc somnium est: Baehrensius se decipi passus est tumore et magniloquentia Iacobi. Iacobus nihil descripsit nisi Serenum, uersus autem suos finxit ad exemplum Marcelli Empirici, qui in epilogo similiter buccas inflavit copiam medicamentorum a se congestorum laudando. neque in catalogo monasterii Reichenau uerbum additur de aliis auctoribus qui in hoc uolumine XXXI infuerint: Colduinus apportauerat solum de arte medicina libellum.

ipsum autem codicem Augiensem euoluisse uidetur qui a. 833 in *Walahfrid* hoc coenobium transmigravit Walahfridus Strabo; namque in libello illo sat amabili de cultura hortorum (ed. Dümmler PMA II p. 335—350) aperte adhibet uersus Sereni.<sup>2</sup> atque unus locus certo demonstrat Walahfridum codicem Augiensem, non alium uidisse: si legimus u. 364 *Si quae forte chalybs infensus uulnera membris indiderit nostris, res et uerba consonant cum Sereni uersu 791 Si cui forte chalybs teneros uiolauerit artus, hoc autem loco solus codex A, descriptus ut uidebimus ex Augensi, exhibet calybs, cum ceteri omnes dent glossam lapis.*

*Excerpta* Walahfrido etiam antiquior esse uidetur codex aliquis olim S. Marii Forcalqueriensis (hodie Forcalquier Galliae meridionalis) nunc Vaticanus Reg. 215<sup>3</sup> saec. VIII—IX, in quo fol. 129<sup>r</sup> leguntur excerpta *Ex auct. Alcimi Auiti* (30 uersus), *Iuuenci presbyteri* (7 uersus), *Furtunati presbyteri* (12 uersus). ex iis autem, qui Auito adscribuntur uersibus, dimidia pars (15) sunt Sereni (u. 3. 9. 150. 210. 260. 331. 400. 408. 435. 459. 474. 583. 617. 639. 772). atque iam Peiper, qui ab A. Mau descriptos edidit (Mon. Germ. auct. ant. VI 2 p. LXIX)

<sup>1</sup> de hoc opusculo et codice u. Bethmann, (altes) Archiv 12 p. 706 et Rück, Sitz.-Ber. Münch. Ak. philos.-hist. 1898, 215 — uersus quos illi tractatui praemittit Iacobus

*natura rerum uarias labentis et aeu*i*  
perstrinxi titulis tempora lata citis  
Iacob dei famulus Tufixu obsecro perennem  
qui legis astra super mente tuere diem*

(sic exscriptis Bethmann, lego *Naturas* et u. 3 *te, Christe*) non male concinunt cum uersibus de Sereno. in his Iacobum imitatum esse et Catonis dist. 2 prae-fationem et Seduli paschale carmen recte demonstrauit Manitius, neues Archiv 17 p. 615 — ceterum confer de medicina studio apud aulam Caroli Magni uersus Alcuini carm. 26, 12—17 (PMA I p. 245).

<sup>2</sup> Wal. 317s. paene ad uerbum reddunt Ser. u. 313s., partes uersuum Sereni redeunt apud Wal. 212 (~ Ser. 197). 214 (~ Ser. 514. 557). 333 (~ Ser. 326). 334 (~ Ser. 300). 364 (~ Ser. 791); res a Sereno expositas repetit u. 186 (cf. Ser. 903). 321 ss. (cf. Ser. 15). 389 (cf. Ser. 292 ss.).

<sup>3</sup> descripsit Arevalo Isidor. II p. 304.

suo iure contendit, sumpta esse excerpta ex uolumine, in quo Serenus (scilicet euanido auctoris nomine) antecesserit Auitum. quod autem grauissimum uidetur, hi uersus certis lectionibus<sup>1</sup> discrepant a recensione Augiensi (cod. A) Iacobi, concinunt cum recensione B.

adiungo his Exemplis quae dieo Aleimianis reliqua florilegia. exempla Vaticana, quae edidit H. Keil (ind. schol. Halle 1872<sup>2</sup>), non *Ex. Vat.* exhibit nisi unum uersum (Ser. 989) non adscripto poetae nomine, plures Micon<sup>3</sup> (ed. Traube PMA II p. 279—294) scil. 54 (Mic. 357). 87 *Micon* (167). 89 (155). 117 (324). 383 (289). 617 (144). 834 (99). 989 (235). 1088 (232). 1101 (106). codex ex quo desumpti sunt hi uersus fuit familiae B.

*Ex. Sang.* septem uersus (p. 6: Ser. 279; p. 8: Ser. 113; p. 9: Ser. 795. 796; p. 13: Ser. 10. 989. 1087) profert florilegium cod. Sangallensis 870 saec. IX dim. alt., quod edidit Chr. Stephan (Rhein. Mus. 40 [1885] p. 263); ex duabus licet leuissimis lectionibus uariantibus uide an concludi possit uersus sumptos esse ex codice A uel patre eius (u. u. 795. 796).

iam priusquam ad ipsos codices nobis seruatos adeam, repetenda uidentur quae ex catalogis antiquis composuit Manitius, Philologisches aus alten Bibliothekskatalogen (Rhein. Mus. 47 Erg.-Heft) p. 77. extabat igitur Serenus saeculo nono (a. 831) in monasterio St. Riquier (*Quintus Serenus de medicamentis*), in monasterio Reichenau (u. supra p. V), in coenobio Murbach<sup>4</sup>, saeculo XI<sup>o</sup> in monasterio Weihenstephan (*Serenus medicinalis uersificatus*), saeculo XII<sup>o</sup> in Clugny (a. 1158—61) sub titulo *Virgilius cum commento Seruui habens in principio Quintum Serenum* et in Göttweil (*Serenus de medicina arte*)<sup>5</sup>, anno 1202 in biblioteca Rochester (*Quintus Serenus et nomina herbarum*). addendum monachum illum, qui fere a. 940 in Lotharingia compositu carmen ludibundum *Ecbasis captivi* quod dicitur, unum uersum (Ser. 87 = Ecb. 148) ad uerbum assumpsisse; potest sane hausisse ex Micone.

illi cum perierint libri, seruati sunt nobis codices hi: *Codices*  
Zürich, Stadtbibl. W 78 (olim 451) formae 22 > 16,5 cm, codex A

<sup>1</sup> facile inuenias in apparatu critico ad uersus supra enumeratos: adnoto autem lectionem excerptorum in u. 210 *equo i. aequo interpolatam uideri ex falsa pari B (pro parili, quod habet A).*

<sup>2</sup> ex Vaticano pendet Paris 4883<sup>a</sup> saec. XI fol. 28—29, quem edidit A. Riese, Rhein. Mus. 26 (1871) p. 338.

<sup>3</sup> Micon, qui plerumque uersibus excerptis affigit nomina poetarum, his adscribit QVINT. SER uel SEREN<sup>N</sup>, quater plenius QVINTVS SER (99. 167), QVINTVS SERENVS (155) atque adeo QVINTIVS SER. caue tamen hoc testimonium probum putes: Micon siue potius eius fons non aliter ac Benedictus Crispus nihil praesto habuit nisi codicem cum inscriptione genetiuo casu prolatu QVINTI SERENI.

<sup>4</sup> u. nunc Bloch, Straßburger Festschrift zur 46. Vers. d. Phil. & Schulm. 1901 p. 271 n. 295 metrum *Quinti Sereni de medicina* (cf. index n. 69 *Quintus Serenus*).

<sup>5</sup> u. nunc mitt.-alt. Bibl.-Kataloge Oesterreichs ed. Gottlieb, I p. 12, 12.

scriptus in monasterio S. Galli<sup>1</sup> exeunte saeculo IX, inde cum aliis temporibus bellicis a. 1712 Turicum delatus. continet post uaria scripta prosaica<sup>2</sup> fol. 57<sup>v</sup> INCIPIVNT VERSVS *Herbarum species eqs.* INCIPIVNT CAPITVLA — fol. 58 I *Ad capitis curationē* — fol. 59 u. 6 INCIPIT PRAEFATIO *Phoebe salutiferum* — fol. 82<sup>v</sup> *pellit medicina dolorem EX LB* QVINTI SERENI FEL AM. leguntur etiam fol. 114<sup>v</sup>—116 scholia brevia in Serenum, quae non bene edidit Reuss p. 21 ss., quaeque infra<sup>3</sup> re-

<sup>1</sup> hoc dixit iam Manitius, Gesch. d. lat. Litt. d. MA. I p. 248 not. 6, mihi comprobauit P. Lehmann.

<sup>2</sup> librum fuse descriptis Orelli in editione Helperici siue Angilberti Turici 1832 p. 2—5, specimen scripturae edidit idem in ind. lect. Turie. 1835/6. cf. et Dümmler PMA I p. 2. 88. 358; Bachrens PLM V p. 262; Riese, Anth. lat. II<sup>2</sup> p. 59. collationem carminis Sereni non accuratam edidit F. A. Reuss, lectionum Samonicarum particula I, ind. lect. Wirceburg. 1836/7. — descriptioni addo, folia 1—46 aliena esse ab eo codice, qui nunc complectitur folia 47—162, olim multo maior fuit: legitur enim fol. 50 uestus numerus quaternionis IX, fol. 58 numerus XVII et sic deinceps numeri sequentes usque ad XXX fol. 162, perierunt igitur non solum quaterniones I—VIII, sed etiam pars noni et X—XVI. quae restabant folia, denuo ligata et numerata sunt: noui numeri cernuntur I fol. 58 ad XIV fol. 162, iisdem igitur paginis quibus extant uetustiores.

<sup>3</sup> titulus nullus praecedit

cap. I (u. 13). Septennodiam dicimus herbam, cuius radices in septem nodis (corr. ex septennodis) uidentur.

cap. II (u. 21). Coccoe sunt in mari minimae ostrearum, quae legumina (mi supra uersum) maris uocantur. dictae cocoleae eo quod intus concealentur uel quod conclusae uel concavae.

cap. III (u. 74). Humorem asini siccatum. Ego fimum illius intellego quod siccus sit.

cap. IV (u. 81). Papirum apud Nilum dicimus crescere, cuius usus etiam luminaribus adest.

cap. V (u. 82). Lupinae (sic) sunt legumina unde Virgilius (*georg.* 1, 75) ‘tristes que lupinos’ id est amaro.

cap. VI (u. 109). Roboleas (Robolē as cod.) pilas poima (o supra lin.) de rubro uel robore uideo.

cap. VII (u. 139). Cerussam nos dicimus quae remanet plumbo decocto, unde et picturis adhibetur.

cap. VIII (u. 139). Cartam Egyptiacam papirum intellego, cuius est ibidem copia.

cap. IX (u. 195). ‘Nepe’ dicitur cancer, ‘uiuens’ autem eo quod diu uiuat in igne (n supra lin.).

cap. X (u. 216). ‘Tipho se tollet inani’ tumore uidelicet qui officit ac per hoc inanis est.

cap. XI (u. 269). Actiacum mel potest uideri ab Actio, quae pars uel prouintia Gretiae est.

cap. XII (u. 281). Curuature in genibus poplites dicuntur, quae utrimque iungi (lege ungi) iubentur.

cap. XIII (u. 287). Tolles, si rite recordor, legi eminentias ceruicis. Vnde torosa ceruix tollis eo quod extollatur et emineat.

cap. XIV (u. 319). Rorem marinum etiam nos uulgo terimus. Est autem herba, cuius flos uiolatius (lege uiolaceus) est, <est> autem in hortis plantata.

cap. XV (u. 338). ‘Niueum aselle sucum.’ Ego lact ex asina intellego.

cap. XVI (u. 328). ‘Nicholaum mel’ ab auctore, quod ille probauit.

cap. XVII (u. 360). Febigenam dicimus a phoebo id est ab Apolline genitam (sic), quia et ipse medicinae artis inuentor.

peto, non quia antiqua putem, sed quia continent aliquas res scitu dignas.

cap. XVIII (u. 363). Insana est herba eo quod insani capit is faciat bibentem, uulgo morella siue delira uocatur.

cap. XIX (u. 374). Cinis corticis de subere prodest si potetur cum calido lieo, ita littera uidetur.

cap. XX (u. 378). Pilulas diminutiuae tenera frondium, quae ex platano cum aceto restringunt sanguinem.

cap. XXI (u. 382). Semen fraxini ego resinam uel suūcum qui ex eo profluat accipio.

cap. XXII (u. 395). Fibra lupini iecoris quae uidelicet latet in corde lupi illius uidefecit animantis.

cap. XXXIII (u. 407). Fluinalis hirundo quod circa fluuios uagetur (e ex i corr.). Cuius crux exsectus (sic) prodest uel, si hirudo, sangnissuga.

cap. XXIV (u. 408). Mirica frutex infructuosa, quae nascitur in locis desertis et harenosis. ros marinus, ut dixi.

cap. XXV (u. 414). Lienem dicimus splen qui consumitur, si a ieiunio eriuam (sic) sumatur, quod est genus leguminis.

cap. XXVI (u. 488). Corneliaci dicuntur quibus corneliae sunt corruptae, quae partes sunt intestinarum (sic).

cap. XXVII (u. 505). Scilleum uinum a loco potest uideri et scopolosa genista (u. 507) quae in scopolis uel arduis nascitur. et ‘scropulosae’.

cap. XXVIII (u. 515). Mercurialis herba est uulgoque teritur. Ac per hoc aliter nescio nomen eius interpretari.

cap. XXIX (u. 538). Caerasi pomum longo tempore seruatum sicut uidemus usque ad annum in tempus. Maxime in Italia fit.

cap. XXX (u. 548). Pirameam arborem. Ego malorem (*lege maiorem*) morum intellego eo quod ‘Piramus et Tisbe (piramis eutisbe cod.) iuuenum pulcherrimus alter, Alter<a> quas oriens habuit prolata puellis’ (*Ou. met. 4, 55. 56*) Mutuis amoribus conuersi narrentur. Lege metamorphoseon Ouidii.

cap. XXXI (u. 569). Abrotонum nos similiter eo quod a bromio id est nauisia stomachi procuret.

cap. XXXII (u. 569). Melantium git greca appellatione eo quod sit nigrum. uile pro eo quod habundet.

cap. XXXIII (u. 664). Auis cum tremulis pellibus simulans alas est uespertilio, uulgo calua sorix, apud nos mustro.

cap. XXXIV (u. 734). Phitagoras, philosophus abstinenus ab omnibus quae sanguinem habent, cimino cum pane usus est. inde phit<a>gorem ciminum.

cap. XXXV (u. 768). Epidaurius: Apollo repertor artis medicinae, a loco uidelicet nomen habens.

cap. XXXVI (u. 796). Viuices dicimus plagas quae fiunt cum uirgis hiulcae, dictae viuices eo quod ui aguntur.

cap. XXXVII (u. 830). Larissa est ciuitas thesaliae, clara olim Achille, unde Larisseus Achilles. Lege Ouid(ium) in *metamorfoseon de asta eius et Telefo Greco* (13, 171. 12, 111).

cap. XXXVIII (u. 1014). Mixtus crux Prognae id est hirundinis cum puluere turis. Lege Virgilium ‘et manibus Prognae pectus si(g)nata cruentis’ (*georg. 4, 15*).

cap. XXXIX (u. 1062). Magnus Pompeius triumphavit de Metridate rege Armenie, in cuius soriniis, repperit huiusmodi antidotum.

cap. XL (u. 1073). Hedera dicitur eo quod hereat parietibus uel arboribus. est autem et terrestris, est et qui (sic) altos circumligat truncos.

cap. XLI (u. 1097). Lactea herba est uulgoque ita dicitur eo quod sucus illius lactis habeat similitudinem. Titimalus (*u. 1098*) similiter.

haec scholia magistri sunt non in patria docentis (*u. cap. 33 apud uos*); quare

codicem *A* quia unicum est exemplar recensionis melioris, fusius tractare decet. ipse codicem inspexi et photographa in promptu habeo. continet unaquaque pagina singulis ordinibus uicenos quaternos uersus, tituli capitum perscripti sunt litteris uncialibus. adscripta sunt rara scholia, unum *De solis adustione* ad u. 22 manu saec. XIV<sup>1</sup>, reliqua a manu fere aequali primae. numeri capitum margini adiecti sunt, recte usque ad caput XLVI, cuius titulus falso capiti XLV praefixus est omissio proprio, ita tamen ut ante u. 860 cernatur a prima manu scriptus numerus XLVI, sed non correctis deinceps numeris capitum in sequentibus, qui igitur uno minores sunt iustis. cumque numerus capiti ultimo omnino desit, fit ut ultimus in margine numerus sit LXII pro LXIV. hunc errorem antiquorem esse codice *A* appareat ex uerbis catalogi Augiensis, quae p. V attulimus. — iam de litteris et orthographia haec addo. multae cernuntur *a* apertae, cum praeualeat forma recentior solita; haesisse interdum scribam, quid in exemplari legendum esset, demonstrat u. 134, ubi cernitur *adposituq. pro adposituq.* (cf. u. 43. 119. 169. 306. 814). pro *u* scripta est *v* sic: *iungetur* 742, *vulneris* 802, *vritur* 804 et alibi. in u. 83 *lauacro* scriptum est iunctis litteris *ro* more cursiuo et merowingico, qui tamen etiam apud S. Gallo in usu erat (u. Franz Steffen, Lat. Pal. I 33 n. 3 u. 3). saepe iunctae sunt *rt*, eodem modo sed distinctae *st*; *i* uel *a* haud raro pendent infra lineam a pedibus litterarum *m* et *n*, *i* longa cernitur in *Itē* u. 1098. — ex notis creberrima est *A*. uel *A* uel *A* pro *aut* (interdum omissis puncto et lineola), haud raro manus 2 *A* mutauit in *A<sup>ut</sup>*; etiam medio in uersu scriptum est u. 514 *adiris* cum glossa marginali *aut duris*. — addo *q* pro *quod* 561. 634. 636. 755 item 623, sed correctum in *quam*, item 486. 561. 651. 661. 714; sed semper explicatum a m. 2 suprascripta *d*. creberrimum *q* pro *que*, etiam pro *quae* ut 363. 428, male pro *quod* 382, at *Q* uel *Q* et *q* pro *quae* 321. 362. 435. 458. 478. 517. 625. 745. 765, pro *que* 918 et 557. 664. 669 (his tribus locis *ve* suprascriptum est a m. 2). *q*: pro *quam* 423; *q*: pro *quod* 398; *quisq* pro *quisquam* 966. addo *qm̄* pro *quoniam* 1025. — orthographica notanda uidentur haec: *b* et *u* commutatae saepe (ut 41. 42. 103. 201. 226; nota 342 *iubabit*, 371 *iuuabit* supra scripto *tb*); *c* et *g* commutatae 46 *agri*, 73 *frigatis*. 234 *fricjando*, 253 *āgri*, 588 *infigit*; *i* et *y*: 402 *wynclo*, 596 *yacco*; *c* et *qu* saepe, ut 313 *coque*, 326 *conquoquet*, 590 *conq̄gt*, 798 *conquili*; aspirata male addita ut 82 *achido*, 85 *habidi*, 816 *horas* aut omissa ut 64 *aurire* (373), 564 *austus*. ad artem criti-

*mini ueri similius est ea non redire ad Iacobum sed ad Walahfridum. nomen uespertilionis mustro nescio cuius sit linguae: misquam inueni, nec docti collegae nouerunt: potest germanicam fuisse, nec tamen lingua celtica excluditur. — lectiones in his scholiis tractatae fere concinunt cum contextu codicis A; nota tamen quod recte accepit scholastica u. 216, item 407 *hirudo*, quod n. 488 interpretatur Corneliacos et u. 505 lectionem profert scropulosae.*

cam grauius est attendere plurimas uarias lectiones, quae per totum codicem (multo tamen rarius in initio carminis) adscriptae sunt et quae saepe utrum a priore an ab altera manu profectae sint difficillimum est discernere. magnam autem partem harum uarietatum iam manum primam ex exemplari transscripsisse certissimum est: namque infuisse tales in codice antiquiore clare eluet ex locis ut 96, ubi *A* in ipso contextu habet *cerebrum t mansa*, id est: uariantem descriptis *A<sup>1</sup>*, omisit lectionem principalem, quam fuisse *missa* ex stirpe *B* concluditur. similiter 304 *A<sup>1</sup>* dat *etiam t nisi si* (*t* et *si* deletae), *B* habet *t nisi*

*etiam nisi*; in exemplari igitur ab *A* repetito inerat *si*. item legimus in *A<sup>1</sup>* 383 *pdicis apricae t discis*, unde efficitur super *dicis* malam adscriptam fuisse uarietatem *t discis*. similia 417. 432. 460. 488. 491. 492. 511. 526. 535. 599. 654. 675. 749 et passim; semper manum primam (non secundam) uarietates descriptsisse certum est. interdum etiam exemplum suum sic reddidit ut relinqueret uariantem in positu supra

*t pip crescit*

uersum uelut 419 *cicer uel 545 glescit*. his locis saepe discerni non potest utrum lectio uarians a priore an a secunda manu scripta sit.

codicem *A* redire ad librum, quem Colduinus monasterio Augiensi donauit, certo constat: in *A* leguntur uersus Iacobi, de quibus in catalogo Augiensi uerba fiunt, et solus ex nostris codicibus *A* numerat capita carminis LXII, quot indicat idem catalogus.

ceteri codices omnes alterius stirpis sunt, quam *B* littera signauit *B* Baehrens, aut mixti iam generis. numero:

*b* Leyden Vossianus lat. 4<sup>o</sup> 33 miscellaneus; pars quae Serenum *b* continet (fol. 144<sup>v</sup>—154), scripta est saeculo IX<sup>o</sup> (non X<sup>o</sup>) et, ut arbitratur Lehmann, apud Suebos, quia olim Goldasti fuerit. Burmanno audit 'Regius'. descriptsit cum cura Keil, gramm. lat. III p. 389 ss.; ego haec addo (utor photographis): fol. 145<sup>v</sup> DISTICON EXEMPLATORIS | Multimodum metricus mediscis (s prior erasa) monstrat medicinam | Iste liber Christi si uult succurrere iustus INCIPIVNT CAPITVL A LIBELLI DE MEDICINA | QVINTI SERENI VTERE FELICITER I Prima oratio auctoris libelli II Capiti medendo eqs. fol. 146 Lxv Emoruidis medendi ExpliCIVNT CAPITVL A | INCIPIT LIB EXAMETRICVS DE MEDICINA QVINTI SERENI LEGE FELICITER | I ORATIO AUCTORIS LIBELLI | Phoebe salutiferum eqs. fol. 155<sup>v</sup> Adponis super pellit medicina dolorem | expliC LIB MEDICINALIS QVINTI SERENI FELICITER.

uersus perscripti sunt in tricenis singulis lineis in unaquaque pagina dispositi binis ordinibus. repetitus est hic Serenus ex exemplari partim laeso: quae ea de causa omiserat manus 1, suppleuit manus 2, quae etiam alibi priorem correxit.

*c* Paris lat. 9347, olim Remensis saec. IX. fol. 2<sup>v</sup> in margine superiore legitur rubro colore *lib. sci Remigii Rem. uol. III* (item fol. 58) et fol. 2 calamo ludente scriptum *S. Remigius presul meus*. uolumen

est formae maximaes, uersus bis 39 uel 40 binis columnis dispositi leguntur in singulis paginis. ipse codicem Parisiis euolui et photographa facienda curauit. descriptsit codicis partem priorem fol. 1—17<sup>v</sup> Huemer (Sedulius, corp. script. eccl. Vind. uol. X) p. XIV; cf. et Dümmler, Neues Arch. 4, 120. Huemer, Wiener Stud. 4, 171 ss. post Sedulum et carmina de Sedulio extant fol. 17<sup>v</sup> Anth. 716; — fol. 18 ord. 2 *Matheus instituit* eqs. INCIPIT PROLOGVS *Inmortale nihil* eqs. (u. Iuuencus ed. Mardonius p. XIII, — fol. 39 ord. 1 *EPHITAPHIŪ Pontificalis apex* (Dümmler, Poet. med. aeu. I p. 206 Alcuini, cf. p. 162). INCIPIVNT EPIGRAMMATA PROSPERI — fol. 48<sup>v</sup> ord. 1 EXPLICIT EPIGRAĀ PROSPERI CŪ CENTŪ TRIB; SENTENTIIS Dō GRĀS Aī Iure patri regnat cōmūnis conditor eūi (duo epigrammata cum acrostichis *Iesus*) secuntur uersus Siluii de cognomento saluatoris (*Spes ratio uia uita salus* eqs.), de Andrea, de Petro, de scō Iohanne Baptista (*Qui nos spiritu aqua* eqs.), *Aureus ac simul Iustimus* (sic) eqs., *Ductus amore dei Martini et presulis almi* eqs. — fol. 49<sup>r</sup> ord. 1 DE ADRIANO PAPA (PMA I p. 113). ord. 2 INCIPIT LIBER QVINTI SERENI INCIPIUNT CAPITULA — fol. 49<sup>v</sup> ord. 2 *Membrorum series* eqs. ORATIO AVCTORIS BELLI *Phoebe salutiferum* eqs. — fol. 57<sup>r</sup> ord. 2 EXPLIĀ LIB MEDICINALIS QVINTI SERENI | *Caesareos proceres* eqs. (u. Ausonius ed. Peiper p. 183 et p. LVIII) — fol. 57<sup>v</sup> incipit Arator de actibus apostolorum. — fol. 75 EXPLICIT LIBER SECUNDVS ARATORIS SVBDIACONI IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SP̄S SC̄I BEATO DOM̄ PETRO ADIVVANTE OBLATVS HVIVSMODI CODIX AB ARATORE IN L EX COMITE DOMESTICORŪ EX COMITE PRIBATR VIRO RELIGIOSO SVBDIACON ŠC̄AE ECCLESIAE ROMANE SEDIS APOSTOLICAE (u. Migne lat. 68 p. 52 et 55) — fol. 76 incipiunt Venantii Fortunati carmina (*D apud Leo, praeft. p. VII*). — Sereni uersus correxit manus paullo recentior sine dubio ad alterum exemplar.

*d* Paris lat. 4839 saec. IX—X continet fol. 1 Prisciani perihegesin cum scholiis — fol. 20 M. AVRELI MENESINI (i. Nemesiani) KARTAGINENSIS CYNEGETICON — fol. 26 *Nocturnis calcata feris uestigia seruant* | VERSVS CODICIS CCCXXV AVT RECETE NVMERO RIMANT | INCIPIVNT CAPITVL A LIBER QVINTI SERENI | *Ad capit is curationem* — fol. 27 *Membrorum series* — fol. 27<sup>v</sup> ORATIO AVCTORIS LIBELLI | *Phoebe salutiferum* eqs. — fol. 48<sup>v</sup>—51<sup>v</sup> uacua. — codicem pulcre scriptum, raro a manu recentiore correctum ipse Parisiis inspexi; errore autem photographi imagines non recepi nisi fol. 25<sup>v</sup>—31<sup>r</sup> i. usque ad u. 211; pauca igitur, quae de posterioribus uersibus attuli, nituntur fide Baehrensii qui contulit.

*e* Paris lat. 2772 saec. IX. codex ter (fol. 3<sup>v</sup>. 96. 102<sup>v</sup>) se profiteatur esse *de conuentu paxedi* (non *paradisi* ut legit Riese). exhibet fol. 1<sup>v</sup> adnotaciones grammaticas — fol. 2<sup>v</sup> titulum Prosperi — fol. 4 INCIPIT PRAEFATIO LIBRI EPIGRAMMATVM PROSPERI — fol. 27<sup>v</sup> EXPLICIT EPIGRAMMATVM LIBER PROSPERI — fol. 28 ORATIO AVCTORIS (*id quinti add. man. 2*) *Phoebe salutiferum* eqs. — *papyris* | PRAEFATIO |

*Membrorum series* — *loquamur* | CAPITI MEDENDO eqs. — fol. 50 EPLIĀ LIBER QVINTI SERENI DE RATIONE TABVLE LXVI (sic) | *Sperne lucrum* eqs. (Anth. 495—506) — fol. 50<sup>v</sup> EPLIĀ LVCH ANNEI SENECE ////////////// LOSOPHI AD PAVLO APLM //////////| AD EVNDEM | *Lucius anneus Seneca Paulo salutem, credo* eqs. (epist. 1—9, Haase uol. III p. 476—479) — fol. 53<sup>v</sup> uale *Paule kñe*. VER PLATONIS AD QVODAM TIBERIA NO DE GRECO IN LATINV TRANSLATI | *Omnipotens annosa poli* eqs. (Anth. 490) — secuntur uaria poemata (u. Riese, Anth. lat. II<sup>1</sup> p. X s.) — fol. 89<sup>v</sup> INCIP PRAEFATI IN LIBRO CATONIS — fol. 96 EXPLI LIB QVARTVS · EPITAFIVM FILII CATONIS | *Quid tibi mors faciam* (Anth. 683 = 2487<sup>a</sup>) reliqua u. Riese. — codicem hic illic correxit manus altera non multo recentior et pauca scholia adspersit; utor photographis.

*f* Brüssel bibl. roy. 5658 saec. IX—X fol. 122<sup>r</sup> medio — 151<sup>r</sup> (u. f Thomas, catal. des ms. lat. de la Bibl. roy. de Bruxelles, Gand 1896 p. 27 n. 84). ipse contulit a 1898. primam manum, quae satis neglegenter scripsit, summa cum diligentia ex altero exemplari correxit manus secunda. fluxit *f* ex eodem exemplari lacerato quod descripsit *b*: uide p. XI et XV not.

*g* Paris lat. 8048 in codice miscellaneo fol. 56—62 efficiunt quaternionem (inter 58 et 59 folium adest non numeratum) V codicis ceteroquin desperdi saec. X. fol. 56 incipit ab indicis capite XXXII *Conceptioni et partui* — fol. 56<sup>v</sup> INCIPIT LIBER Q. SERENI | *Membrorum series* — *loquamur* | ORATIO AVCTORIS LIBELLI | *Phoebe salutiferum* — fol. 62 desinit in u. 456 *lumbis inducito sulfur*. utor photographis. est Puteaneus Burmanni.

*h* Rom Vat. Barberinus IX 29 saec. XI fol. 266—274; contulit *h* Baehrens.

*s* St. Gallen, Stiftsbibl. lat. 44 saec. X (u. Scherrer, catalog. p. 19). *s* pag. 304 incipit index capitulorum sine titulo: *Ad capit is curationem* eqs. — pag. 305 col. II EXPLICIT CAPITVL A. INCIP PROLOGVS | *Membrorum series* — *loquamur* | ORATIO AVCTORIS LIBELLI | *Phoebe salutiferum* eqs. — pag. 324 col. II FINIT LIBER MEDICINALIS | QVINTI SERENI | Dō GRATIAS AMEN. codicem Baehrensio nondum notum euolui et photographa facienda curauit.

*Sen.* Siena, bibl. comm. FV 8 saec. XI. codicem inspexit Baeh- *sen.* rens et u. 1—25 contulit; totum contulerat J. Schmidt, qui in Hermae uol. 17 (1882) p. 239 ss. aliquot ex eo publici iuris fecit lectiones. ex Schmidtii descriptione (p. 243 s.) haec repeto: liber miscellaneus in forma quartana fol. 167 ss. (saec. XI exeuntis) exhibit Serenum binis columnis 53—55 distribuens uersus; perierunt 4 folia, quae continebant uersus 328—549 et u. 868—1085; carmen explicit fol. 173. quae scripsit manus 1, correxit multifariam manus altera fere aequalis priori.

praeterea mihi innotuerunt recentiores hi:

Leipzig, bibl. uniu. n. 1220 saec. XV perg. continet fol. 1—14 *Lips.* tractatum medicinalem *Vrina est aquositas sanguinis* eqs., fol. 15—54

*liber Macri de uiribus herbarum*, fol. 56 *Incipiunt capitula Quinti Sereni*, fol. 56<sup>v</sup> *Membrorum series* eqs. — *loquamur.* ORATIO AUCTORIS LIBELLI *Phebe salutiferum* eqs., fol. 77 *Explicit liber medicinalis Quinti sereni;* sequitur glossarium medicinale usque ad finem codicis fol. 78<sup>v</sup>. — ipse excussi et in apparatum recepi quae utilia uidebantur. contulerat iam et descripserat Ackermann praef. p. XXVIII.

*Mut.* Modena, bibl. Estensis L 580 (olim IV H 13) saec. XII. codicem primus contulit Georgius Götz (u. obseru. crit. ind. lect. Ienae 1883 p. I) et sat multa ex eo publicauit ut appareat nos eo in recensendo poeta posse carere. post uidit Sudhoff, qui mihi scripsit, esse 18 folia forma 8<sup>a</sup>. — non contuli; collationem uersuom 513—673 uide apud Goetzium. ex Mutinensi uel quam proxime cognato fluxit editio β (u. 397. 406. 541 al.).

*Neap.* Neapel, bibl. nat. CCXXXIX (IV E 39) saec. XV, descr. Iannelli, catal. bibl. lat. uet. p. 168, qui codicem refert esse scriptum manu I. Parrhasii, titulum esse *Q. Sereni Sammonici de medicina libri duo*, quem titulum esse nouicium consentaneum est. — non uidi.

*Wrat.* Breslau, bibl. urb. Rehd. 59 saec. XV, descriptus in catalogo cod. class. qui in bibl. urb. Wratislaviensi adseruantur (ed. Ziegler Wrat. 1915 p. 21 ss.), continet fol. 28<sup>R</sup>—54<sup>V</sup> *Quinti Sereni medici liber.* — excerpti utilia.

Brüssel, bibl. reg. 2424 saec. XII ex Valle S. Lamberti, descr. Thomas, catal. d. mss. lat. p. 8 n. 17. *Incipit liber medicinalis Quinti Sereni | Phebe salutiferum . . . dulcia cumque nigra iunges fuligine mella* (u. 1106, deest 1107). *Explicit liber medicinalis Quinti Sereni.* — non contuli.

Holkham Hall (Norfolk, England), bibl. ducis ab Leicester n. 381 saec. XV u. Schenkl bibl. Brit. n. 3501. non uidi.

Giessen, bibl. uniu. n. 71 saec. XVI, u. Adrian catal. (1840) — non uidi.

Leiden, bibl. publ. lat. 145 chart. saec. XVI fol. 2—19; u. Codd. mss. bibl. uniu. lat. III (1912) p. 80. — non uidi.

praeter hos codices qui hodie extant superiores editores adhibuerunt aliquot qui perisse uidentur. moneo autem generaliter in hac re cauendum esse et diffidendum relationibus editorum, quos constat neque semper cum cura lectiones attulisse et interdum singulos codices commiscuisse.

*Pad.* Codex Paderbornensis, qui in monasterio urbis dictae Abdinghoff, ordinis S. Benedicti adseruatur. Membranaceus, scriptus notante Marquardo Gudio, saeculo XIII. est. Insignem uariantium lectionum copiam subinde satis notabilium continet. Earum Fabricius iam mentionem fecit [Bibl. lat. III cap. 5], ab eo autem publici iuris non factarum, notis suis autem inseruit Burmannus, a. Gottl. Cortio sibi transmissas [u. PLM I p. \*\*\*\*\*<sup>1</sup>]. Eundem codicem anno 1785 contulit Marquardus Gudius. Varietates lectionum ab hoc notatas, et a

Schlaegero . . . ad Frantzium . . . missas et ab hoc mihi communicatas cum textu iterum contuli et quae Cortius et Burmannus omiserant, diligenter suppleui.<sup>1</sup> haec refert Ackermann (ed. p. XXVI s.). codex autem nunc latet: quae ex eo enotauerunt superiores composuit Aug. Baur, quaest. Sammoniceae diss. Gissae 1886 p. 7 ss.

codex Conradi Gesneri, ex quo Burmannus ad u. 719 affert lectionem *apertus*, quae concinit cum sola A<sup>2</sup>. ad eundem tamen codicem redire uidentur quae Casparus Wolphius in iteranda editione Humelbergii (a. 1581) ‘ex Cunradi Gesneri bibliotheca’ a Sambuco ipsi submissa adiecit. uide an sumpta sint ex ipso codice A uel apographo eius.

codex Simleri, ex quo Burmannus in u. 572 pro *iugatur* testatur *iuuabit*; eundem esse ac codicem Gesneri coniecit Ackermann praef. p. XXV.

codex Leidensis Burmanni, qui non est b, sed recens fuisse uidetur; uide an sit Leiden bibl. publ. lat. 145.

codex Vossianus Burmanni, non b, sed ignotus aliquis.

codex Casparis Wolphii u. codex Gesneri.

codex Casparis Barthii, ex quo ille in aduersariis duos uersus post u. 105 inserendos profert, qui fide sublesta sunt.

‘ex Scaligeri etiam codice quaedam, quae ad marginem adleuemat, adduximus’ Burmann praef. p. \*\*\*\*\*<sup>1</sup>.

ex codice Thomae Bartholini Io. Rhodius ad u. 538 attulit uariam lectionem *uinctum*.

codex Gabrielis Humelbergii aliquoties ab eo commemoratus in commentario.

codex Roberti Constantini (u. Constantini notam ad cap. 62 uers. 1076, ubi pro matri u. 1068 ex eo profert lectionem interpolatam *tutor*).

codex Henrici Ranzouii, de quo ille haec: *bibliothecam meam Bredenbergicam perlustrans . . . incidi in codicem ueterem manu scriptum, multa ad rem medicam pertinentia continentem, in quo reperi quaedam, quae non erant edita uel non integre excussa. in hoc etiam inueni MARCVM . . . alterum uero librum de medicamentis totius corporis humani.*

codex Roberti Keuchenii auitus adhibitus ab illo in editione.

quae afferuntur ex his codicibus omnibus ut uidetur nouiciis nihil nos adiuuant in recensendis poetae uerbis; hic illuc leuis quaedam correctio ad eos reducenda est.

de codicibus antiquioribus ad nostra tempora conseruatis quod iam qui primus hoc quoque in poeta recensendi munere functus est Baehrens attendit, certissimum est duas memoriae stirpes discerni, quas litteris A (nam codex A prioris unicus est auctor) et B<sup>1</sup> iam

<sup>1</sup> de singulis codicibus haec adnoto: codex b in multis locis cum A contra reliquos consentit (habet ex. gr. et u. 894) nec tamen ideo proprius ad archetypum recedere putandus est, namque meliora sua hausit ex A uel potius ex eius patre. hoc pro certissimo ex ea re euincitur, quod b et f ad eundem patrem.

idem dissaepe sit. grauissimae sunt discrepantiae: *A* non minus 11 uersus certo probos exhibet, qui desunt in *B* (136. 183. 216. 217. 250. 457. 502. 665. 894. 944. 1049), contra *B* post u. 588 duos profert uersus aperte falsos. quare suo iure Baehrens stirpem *A* meliorem praedicavit et apographon *B* 'multo et negligenter et mendosius' dixit. neque quidquam profecit Ich. Schmidt (p. 242), qui econtra stirpem *B* ob diligentiam et acumen in eligendis uariantibus lectionibus summis extulit laudibus. Baehrens suam sententiam non fusius exposuit, quae autem Schmidt disseruit, rem non ad uiuom resecant. nec tamen ego cum illo pugno, ne longior sim: spero ex iis quae probaturus sum expertis quid sit quidque peccauerit Schmidt breui appariturum esse.

mira primum res est in stirpe *B* tot uersus excidisse, magis mira eo quod unum solum interest exemplum quo intellegatur similibus uersuom finibus iacturam fieri potuisse: 1049 *medellae* | *capellae*. nec recensione quadam hos uersus expulsos esse ex *B* ueri simile est; aliqui sane dempti sententiam non destruont ut 136. 216/7. 502. 665, alii tamen euolsi enuntiata truncant ut 183. 250. 457. 894. 944. 1049. ergo facere non possum quin concludam uersus esse omissos ab aliquo scriba, quia in exemplari proposito eos seu totos seu partim legere non poterat.<sup>1</sup> cui abusui cessisse haud paucos librarios et aevi Carolini et humanistarum notum est. notandum autem quod uersus 250. 457. 502. 665. 894. 944. 1049 fere aliquot quinquaginta uersibus inter se distant, ut quasi oculis cernas codicem huius stirpis archetypum aliquo in angulo uel superiore uel inferiore foliorum quae in unaquaque pagina fere 25 uersus continebant perforatum fuisse.

porro iam uidimus in codice *A* multas adspersas esse uarias lectiones, quarum magna pars iam ab eo librario qui codicem *A* exarauit desumpta est ex codice antiquiore eiusdem stirpis *A\**.<sup>2</sup> quae uariantes unde originem duxerint, grauissima quaestio est. namque de pretio et auctoritate earum plane aliter iudicabimus si demonstratum erit, eas

redeunt, qui multis locis laceratus erat (cf. imprimis u. 564 s. 584 s. 640. 656. 900—906; interpolationibus in reliquis *B* obuiis carent b<sup>f</sup> u. 503 et 504, item 921), f<sup>t</sup> autem non praebet hos consensus cum *A*, quibus *b* a sua stirpe discrepat. — de ceterorum codicium inter se parentatu nihil certi proferre ausim, nisi quod e cum g propius iunctus esse uidetur. — de Senensi egregie fallitur J. Schmidt, cuius stemma (propositum l. l. p. 243) omnino falsum est. namque Senensis nescio quibus riuulis aliqua ex *A* accepit (ut u. 183. 216 s.); si quare contra omnes exhibit (u. 99 *instillatur*, 289 *colerum*, 575 *galeritam*), coniecturae sunt. multo minus etiam audiendus est Baur, qui frustra Paderbornensi suo aliquam auctoritatem vindicare studet. hi omnes codices recentiores nihil probi praebent nisi pennas alienas ex *A* dexteritas aut correctiones facillimas: quae peritum harum rerum arbitrum non fallent.

<sup>1</sup> in uersibus 216 s. fortasse monstrum in *A* adhuc conspicuum *tyfōdōlē* in causa erat cur praeterirentur.

<sup>2</sup> distinguo in insequentibus inter *A\**, archetypum stirpis, et ipsum codicem saeculi noni *A*.

redire ad uerum archetypon *Ω* et traditas esse ex ipsa antiquitate, aliter si intellexerimus, eas non ultra *A\** et *B\**, exemplaria primaria stirpium, ascendere.

atque sunt sane non paucae uariantes in *A*, quae non leguntur in codicibus stirpis *B*: numero has<sup>1</sup>: 184 *septemq; lupinos*, adser. *A*<sup>2</sup> † *totidemq; lupinos*, 186 *aceto*, s. s. *A*<sup>2</sup> † *oliuo*, 199 *cum felle*, adser. *A*<sup>1</sup> an *A*<sup>2</sup> † *lacte*, 268 *humili*, s. s. *A*<sup>2</sup> † *uili*, 284 *Inlitur*, adser. *A*<sup>2</sup> *Inlinitus*, 330 *piperis*, s. s. *A*<sup>1</sup> † *ro*, 349 *commemoratur*, supra u. s. s. † ~ *A*<sup>1</sup> (uoluit potius *commemorātur* quam *commemorati*) 371 *iuuabit*, † *b* supra u. alt. s. s. *A*<sup>1</sup>, 383 *ydicis apricae* † *discis*, 417 *haedis* † *addis*, 427 *pximus*, s. s. *A*<sup>1</sup> † *amarior*, 556 *aceta*, † s. s. *A*<sup>1</sup>, 558 *addit*, s. s. † *edit* *A*<sup>1</sup>, 664 *dat* *auis*, in marg. *dactilus* *A*<sup>1</sup>, 675 *antiquo rino purgatur penes iacco*, 697 *cortice*, in marg. † *corpo* *A*<sup>1</sup>, 771 *salicis*, in marg. † *felicis*, 878 *dolore* † *pudore* *A*<sup>1</sup>, 884 *certum* ÷ *pedest* (uidetur esse mera ipsius librarii correctio), 942 *cocco*, † *ll* supra cc *A*<sup>1</sup>.

hae lectiones unde ortae sint nescimus; pars potest infuisse in archetypo *Ω*, quamquam hoc mihi non admodum probabile, pars potest sumpta esse ex codice stirpis *B* nobis ignoto.<sup>2</sup> aliquot certo glossae sunt ut 427 *amarior* (interpolatum ex Vergilio), aliae reddunt meros librariorum errores.

ceterae autem uariae lectiones in *A* aut a manu prima aut a se cunda adscriptae concinunt cum lectionibus in *B* seruatis. atque quae a manu altera additae sunt, eas facile concedes a docto Carolo ex aliquo codice stirpis *B* esse assumptas; ego contendeo et comprobaturus sum etiam reliquas non infuisse in archetypo *Ω*, ex quo et stirps *A* et stirps *B* orta est, sed ex stirpis *B* codice aliquo transscriptas esse in exemplum quod inter *A\** et codicem *A* nobis fingendum est.

quod ut intellegamus, expendendi sunt loci ii quibus *A* et *B* pluribus uerbis inter se discrepant.<sup>3</sup> uelut u. 1006 legimus in *A* de morbo comitali

*est subiti species morbi, cui nomen ab illo  
haesit, quod fieri prohibent suffragia iusta*

quae bona sunt, nisi quod leue at uetus mendum est pluralis *prohibent* pro *prohibet*, nam prohibet morbus ille. in *B* autem hi uersus ita habentur:

*est subiti species morbi, cui nomen ab illo est,  
quod fieri nobis suffragia iusta recusant.*

<sup>1</sup> praetereo si qua adscripsit *A*<sup>3</sup>, quae facile ab antiquioribus discernuntur ut 304. 313. *A*<sup>2</sup> autem in hac re fere idem ualeat quod *A*<sup>1</sup>, uidetur enim *A*<sup>2</sup> exemplar illud ipsum, ex quo fluxit *A*, denuo adhibuisse, Augiensem scilicet uel Iacobi codicem.

<sup>2</sup> u. 654 *cruorem*, adser. † *flu* *A*<sup>1</sup>, cum *B* exhibeant *cruorem*, *b* solus *fluorem*; *b* lectionem sumpsit ex *A\**.

<sup>3</sup> in hac re nihil interest utrum uariantas in solis *B* extet an etiam in *A* transsumpta sit. namque qui *A* uel patrem eius cum aliquo *B* conferebant, non plenam collationem ex nostro usu dedisse sed excerptisse tantum consentaneum est.

quid clarius quam hanc lectionem plane ineptam ortam esse inde quod illud *Haesit* casu in initio uersus aut omnino perierat aut male legebatur. u. 1073 *A* habet *edere* ... *quae* (corr. ex *quo*) *truncos implicat artus* (s. s. *et mollicat altos*), *B* autem dat *heder(a)e* ... *qu(a)e truncos mollicat altos*, uera lectio certe est *hedere* ... *quae truncos implicat altos*. stirpis *B* igitur auctor suo Marte ausus est pro *implicat*, quod non poterat legere, inducere uerbum inauditum *mollicat*, detortum propter metrum ex *mollificat*. item in u. 488 *A* pro *Coeliacos* habet *Cyaliacos* (*a prior expuncta est*) quod nihil est nisi uarietas orthographica, in fine uersus autem a manu prima additum est *et corneliacos*, et illud monstrum *Corneliacos*, quod ex aliqua insipida doctrina ortum est<sup>1</sup>, legitur in omnibus *B*. secundum hos locos iudicandum erit de aliis, ubi interpolatio aliquanto felicius cessit auctori stirpis *B*: uelut si legimus in u. 749 in *A*: *Exercere etiam iusserunt corpora prisci et corpus medicina potens est*, in *B* autem *Exercere etiam corpus medicina potens est*. hic ex sententia refellere interpolatorem difficile est, quamquam ego sentio pro quaesita et poetica dictione Sereni suppositam esse tritam et uolgarerem; sed falsarius peccauit etiam contra artem poetae, qui secundum exempla et canonas ueterum non admisit monosyllaba in fines uersuum nisi 262 *aerium mel* (unde?), 1094 *restituit rem* (Enn.), 95 *est par* et 790 *par est*, praeterea *est* ita ut synaloepha coeat cum uocalibus quae antecedunt (127 *idem est*, 134 *salubre est*. 362. 381. 401. 421. 500. 586. 618. 634. 925) — item in u. 708 res metrica falsum coarguit. *A* habet *Cum sanguis nimius puri permixtus atroci aestuat*, *B* autem interpolauit *Anguis iniquus urit puro commixtus atroci aestuat*, qua ridicula lectione etiam sententia plane suspenditur. — similiter forma *dabitur*

tc

prodit fictorem in u. 400, ubi *A*: *Persicus huic potum enuileo dabit interiore*, cum *B* legat *Persicum huic potum e nuce dabitur interiore*: praeter sententiam peruersam duo uitia metrica clamant uersum talem non redire ad Serenum. item *dabis* peccauit interpolator in u. 504, sed notwithstanding, hic apparere recentiorem falsarium, cum in *bf*<sup>1</sup>, codicibus cognatis (u. p. XV not.) *dabis* omissum sit; perierit ergo in exemplari illo, unde stirps *B* deducenda est, illud *gustuque*. pariter in u. 380 lectionem interpolatam *hauriet acer* inde ortam opinor quod in fine uersus *angit acerius* (sic *A*) syllaba *uus* aberrauit. etiam in u. 921 laesum fuisse uidetur exemplar illud unde *B* originem duxit: in *A* seruata est genuina lectio *Praeterea tritus cimex sorbendus in ovo*, nisi mauis addere est (cf. tamen u. 890, etiam u. 674. 846); quod praebet *B*: *Praeterea cimex potatur tritus in ovo* per se dubitationi obnoxium non esset, sed *sorbendus* uerbum elegantius est et truncum uersum aliquando fuisse demonstrant codices *bf*, in quibus manus priores nihil scripserunt nisi *Praeterea cimex potatur*. similiter iudicandum erit de u. 431. 445. 478. 539. 551. 625. 1077. 1097 ut potiora eligam.

<sup>1</sup> u. schol. cod. *A* cap. 26 supra p. IX.

iam demonstrasse mihi uideor quomodo orta sit recensio *B*: non redit ad secundum aliquod exemplar ex antiquitate ad Carolinos relatum, sed et uersus praeteriti et lectiones propter uaria detrimenta in exemplari interpolatae pro certo comprobant, auctorem huius stirpis *B* in manibus habuisse codicem uetustum multis modis laceratum. hoc autem exemplar uetustum fuisse idem ex quo antea, cum nondum adeo male habitum sit, fluxit stirps *A\**, efficitur ex multis lectionibus in *A\** et *B\** pariter corruptis<sup>1</sup> et ex defectibus communibus: uersus 100. 101 utrubiique falso exhibentur loco, u. 114. 278 non plene traditi, lacuna post u. 618, u. 503—510 in archetypo turbati (503 etiam in *A* post 508 repetitur) — haec perito sufficient.

nec tamen putare licet codicem *A* nobis reddere purum putumque exemplar uetustum, immo ne stirpis *A\** quidem plane integer testis habendus est. nempe ad eosdem fere doctos homines et ad eandem artem philologam nondum excultam redit, quorum menda et errores supra cum agebamus de stirpe *B* deteximus. accuratius licet et circumspectius officio suo functus sit is qui auctor fuit stirpis *A\**, tamen ne hic quidem ea diligentia usus est quam nos in his rebus nostro iure desideramus. quid quod *A* in u. 335 propter glossam pro uaria lectione acceptam et ipse uersum fere nouom confinxit?<sup>2</sup> in *B* traditum est *tali auxilio fellia horrida purgas*, lectio conueniens sermoni Sereni (u. 447 *talibus auxiliis*); quodsi in *A* legimus *tali purgas medicamine fellia*, appareat supra *auxilio* uocabulum hoc sensu apud Serenum bis obuium adscriptam fuisse glossam *medicamine* atque hanc glossam intrusam uersui expulisse adiectiuom *horrida*. eandem audaciam alibi deprehendimus. uitiis sermonis uel prosodiae ipse se prodit falsarius in u. 340 *medebit*, 475 in *āqua*, 595 *fesso iūgiter*; etiam 792 corruptela sane orta est recepta glossa *Hedera*; tamen uerba et tritam consilio deleuisse uidetur *A*<sup>1</sup> ut speciem hanc uersus efficeret: *Hēderā nocte ad ipes uituli simul camcissum*. exempla alia adulterandi sint u. 356 *cappellae*, 368 *redolendo*, 373 *Hic*, 533 *Hac prosunt*, 670 *exul*. interpolandi libidinem et in *A* et in *B* agnoscimus in u. 1033: uera lectio est

*aut teneris cerebrum ginguis inline porci*

*aut leporis nivemue hirtarum lacte caprarum*

quibus in uersibus et structura uerbi *inlinere* et acc. *lacte* librarios ad fraudem pelleixerunt: *teneras cerebro ginguas* scripsit *A*<sup>1</sup> et item *niveoue*, in *B* autem pro *hirtarum* intrusum est *bibitur cum*. addendum uidetur has interpolationes cum non in ipso codice *A* sed ante eum factae sint<sup>3</sup>, fortasse redire ad Iacobum illum, de quo p. V egimus.

<sup>1</sup> indico grauissima: u. 81 *papiro*, 157 *donabis*, 266 *taurino*, 364 *scito*, 393 *quis*, 650 *laeta tibi*, 907 *Ly* ante uersum, 984 *puleium*.

<sup>2</sup> uerum de hoc loco dixit iam Baur p. 18.

<sup>3</sup> exemplum optimum quo appareat interpolationem in *B* factam esse ante *A* codicem ex *A\** descriptum habes u. 182: quia perierat in *B* u. 183, ibi adulteratum est *Sitque pro Si qua*, atque id ipsum legitur in *A*, quamquam uerbo\*

iam igitur licebit breuiter repetere quod comprobauimus. ad Carolinos peruenit unus codex uetustus, laesus in certis uersibus et nonnulla corrupta continens: hunc sat diligenter descripts auctor stirpis A\*, corrupit hic illic Iacobus ut uidetur. codex autem archetypus non multo post casu aliquo non paucis locis laesus est: postea descripts auctor stirpis B et omisit quae legere non iam poterat: hoc exemplum suo Marte aut ipse aut posterior aliquis doctus magna cum licentia adulterauit. atque stirps B iam saeculo IX<sup>o</sup> multis exemplis propagata est et omnino contextum uolgatum progenuit, etiam apud humanistas et in primis editionibus impressis. contra stirps A\* fere neglecta iacuit nisi quod singulae lectiones iam in Senensem, deinde in recentiores codices casu irrepserunt, imprimis pars uersuum eorum quos B\* praeterierat paullatim suppleti sunt. plene autem ut stirps A\* ad uerba poetae restituenda adhiberetur, Baehrensi demum diligentia effectum est.

*Editiones* de editionibus uetustis optime rettulit Io. Bapt. Morgagno in epistola in Q. Serenum Samonicum (in Aur. Corn. Celsum et Q. Ser. Samonicum epistolae, Lugd. Bat. 1735 p. 76 ss.), breuius Burmannus in praeafatione; cf. et Ackermann p. XXXII ss. — ego ut genesis contextus uolgati illustrem adhibui has:

α s. l. et a., in forma 8<sup>a</sup> folia 26 sine signaturis custodibus aut paginarum numeris (Hain, rep. bibl. n. 14698, Proctor, index n. 3950); exemplaria extant in bibl. regia Berolinensi et in Vindobonensi. editorem se profitetur fol. 1<sup>v</sup> Sulpitius Verulanus.

β Veneta a. 1488 (Hain 2224); extat Monaci in bibl. regia et in bibl. uniuersitatis.

δ Lipsiensis a. 1515 in officina Val. Dammandri: fere concinit cum β.

ε Aldina, Venetiis 1528  
harum editionum non plenas edo collationes, neque enim ad recensionem quidquam contribuont; redeunt omnes ad stirpem B; cum tempore tamen inferuntur uersus in B omisi et uerae lectiones ex codice A. praeterea magna pars correctionum probarum iam in his uetustissimis editionibus apparent, imprimis in ε ab I. Bapt. Egnatio correcta.

numero praeterea:

Venetam a. 1502 repetitam ex β.

Hagenauianam, curatam ab Ioh. Caesario (kal. apr. 1527) impressam ab Ioh. Secerio a. 1528.

Tigurinam a. 1540, editam a Gabriele Humelberg (epist. a. 1537), repetitam a. 1581 a Caspary Wolphio.

Lugdunensem a. 1542 typis Sebastiani Gryphii (Greiff).

sus 183 cum uerbo *plectitur* ibi extat: ex B igitur in eum codicem ex quo fluxit A translata est uaria lectio, quam pro uera accepit A et ueram omisit.

Aldinam a. 1547 cum medicis aliis.

Lugdunensem a. 1566 Roberti Constantini.

Lipsiensem Henrici Ranzouii a. 1590.

Lipsiensem Andreae Riutini a. 1654.

Amstelodamensem a. 1662 illustravit Rob. Keuchen.

Petri Burmanni in 'Poetae lat. minores' tom. II. Leidae 1731.

Lipsiensem Joh. Chr. Gottl. Ackermann a. 1786.

has omnes editiones superauit E. Baehrens, qui in Poetarum lat. minorum uolumine III primus plene adhibitis codicibus uetustis certum recensendi fundamentum struxit. post eum utilia de sermone et arte Sereni composuerunt A. Baur, quaestiones Sammoniceae diss. Gießen 1886. R. Fuchs, Arch. f. lat. Lex. 11 (1900), 37—59. Gnūg, Sprachliches zu Ser. Samm. Progr. Gymn. Hildburghausen, 1906, qui etiam indicem uerborum (non sat bonum) confecit.

### De capitulorum titulis.

gravis est quaestio, quam nemodum pertractauit (tetigit ex. gr. Ackermann ad u. 1 'uidentur capitulorum tituli ipso carmine recentiores esse' et ad u. 798 'probe autem notandum est, inscriptiones librariorum opus esse'), num capitum tituli ab ipso poeta profecti sint.

Ackermannio scrupuli orti sunt quod uidebat uerba titulorum in codicibus et editionibus admodum uariari: haec causa nunc cum ad ipsos codices antiquos redire possumus paene funditus sublata est. clare enim perspicimus titulorum uerba ad nos similiter atque uersuom duabus quasi recensionibus conformata peruenisse, altera in indice carmini praemisso, quacum concinit fere A in ipsis titulis intra carmen dispersis, altera in codicibus classis B ante capita exhibita, etiam in iis libris qui in indice praemisso titulorum uerba eadem fere praestant quae A.<sup>1</sup> itaque quae in his duabus recensionibus discrepant de authentia titulorum nihil efficiunt: tituli non minus possunt genuini haberi quam ipsi uersus, qui item duplicem recensionem pae se ferunt.

maiores mihi dubitationem mouet quod titulorum uerba non semper cum argumentis capitum bene congruont. numero difficultates.

u. 54. 55 cur praeceptum de nigris oculis natorum legitur sub capite 'Ad capillos tingendos'? non est cur uersus genuinos esse neges.

u. 71—86 agitur de scabie, de papulis, de pruritibus hoc ordine: titulus est 'Prurigini, papulis et scabie arcendis'.

u. 223—252 titulus 'Dentium uitio et oris fetori medendo' non bene conuenit: minimum expectas 'uitiis'.

in u. 253—288 agitur de fauicibus frigore laesis, de uua deiecta, de ceruicibus colloque rigentibus, de tollibus: titulus 'Vuae, fauicibus,

<sup>1</sup> quod ut appareat, p. 3 s. imprimendum curauit indicem capitulorum appositis lectionibus uariantibus paene omnibus. cum reliquis non facit b, qui indicis uerba cum titulis exaequauit.

collo et quae mollienda sunt medendis' nec plenus est neque ordine aptus.

u. 289—298 alio ordine tractant cholera et tussim, alio titulus 'Tussi et choleribus medendis'.

XVIII male in uno capite componuntur 'Felli, uomitu et pthisi': nam intellegendum est 'Felli medendo, purgando' uel 'minuendo', item 'pthisi medendae', sed 'uomitu mouendo' (Plin. nat. 21, 128 'uomitorium'). pthisin autem et Plinius med. proprio capite tractat (2, 1).

XXIV in uersibus de 'renibus' non expresse agitur; titulus autem 'Lumbis et renibus sanandis' congruit cum uerbis Plini (u. testes ad u. 454 et 456).

u. 488 'coeliacis' datur praeceptum; in titulo XXV non commoratur.

titulus XLV non plene indicat uaria uersuum 824—859 argumenta. idem ualet de capite XLVI.

in titulo XLVII 'ostocopo' male tertium pro secundo loco habet. hic in titulo ordo eo peior est quod capita insequentia de uariis febribus generibus agunt (XLVIII de quartana, XLIX de tertiana, L de cotidiana, LI de hemitritaeo), quae omnia cum uersibus 887—894 aptissime unum de febribus caput constitutura fuisse facere non possum quin mihi persuadeam. transitur enim ab uno genere ad aliud formulis *nec* 895, *etiam* 914, *at* 923, *magis* 932, quales uno exemplo excepto<sup>1)</sup> partes capititis, non tota capita iungere solent in hoc carmine. sane offendit illud *sin autem* 887, qui transitus alias semper inter capititis partes, non capititis initio legitur (351. 544. 686. 794. 879. 977) item atque *si uero* (155. 171. 176. 220. 247. 274. 593. 702. 797. 842. 956. 970; de uno u. 341 u. supra l. 7). neque ego ueram credo esse coniecturam Morgagnii (epist. p. 110), qui capita 54. 55 capititi 51 adnectit propter uerba uersus 979: est prooemium capititis noui non ita ingeniosum, ut solent esse apud Serenum; potuit ita de febri, morbo notissimo, loqui etiam si non proxime praecedebant praecpta contra eam commendanda.

est igitur cur animum inducas ponere, capitum uerba non profecta esse ab ipso poeta qui carmen suom probe nosset, sed ab aliquo qui non diligentissime, magis in usum uitiae rubricas apponenteret.

accedit quod in recensione uetustiore<sup>2)</sup> indicis non nulla rustici et uolgaris sermonis uestigia cernuntur (u. imprimis tit. II V VI), qualia Serenum ipsum non admissurum fuisse dicendi genus in uersibus satis cultum et quae situm certum reddit.

<sup>1)</sup> similiter capita 38 et 39 uoculis *magis* 718 et *alii* 736, *non ita* 737 inter se et cum capite 37 iunguntur, quae item olim unum de ulceribus caput maius formasse mihi ueri simile est. — u. 754 *etiam* non coniungit capita, sed inanis transiunt ad rem diuersam formula est.

<sup>2)</sup> recensionem *A A\* B* uetustiorem esse quam *b B\** facile patet: ex. gr. allego caput VIII, ubi *defluxu(i)* uno uerbo recte dant *A A\* B*, unde *De fluore deprauauerunt B\**: non recte etiam hac in re iudicat Schmidt p. 242.

tamen equidem non credo Serenum carmen suom tenore continuo non interpositis titulis edidisse. duae res hanc meam sententiam corroborant: et plane ex usu horum saeculorum est de medicina certis subparagraphis certoque ordine disserere<sup>3)</sup> et indeles carminis ipsius titulos efflagitare uidetur. neque enim largioribus ambagibus poeticis usus est Serenus: prooemium quidem (ominis causa) praemisit, epilogon non addidit; materiam suam non ad rationes poeticas ordinavit neque singulas partes arte uel artificio inter se iunxit<sup>4)</sup>; ornatus poeticus non adhibetur nisi per paucis locis. nostro igitur iure secernimus hoc Sereni opusculum a carminibus didacticis qualia sunt Lucreti Vergili Gratti, et Sereno, cuius spiritus non sufficiebat ad fingendum uerum poema, relinquimus formam ab eo non superatam catalogi technici. hoc generale arbitrium ex singulis locis adiumenta habet. an putas Serenum post prooemium u. 11 sic potuisse ordiri tractationem: *bal-sama si geminis instillans auribus addas, tum poteris alacrem capitis reparare uigorem nisi praecessisset rubrica Capitis doloribus uel simili*s? item uu. 56—68 uix intelleguntur (*lendes* demum u. 69 nominantur) nisi praemissus erat titulus *pthiriasi arcendae*. etiam uerba u. 947 *infandum dictu cunctis procul absit amicis, sed fortuna potens omen conuertat in hostes* omnino non habent quo referantur, nisi praecessit titulus cum uocabulis infaustis. iam cum certum uideatur Serenum ipsum titulos capitulis praefixisse, non dubito ad eum referre uocabula technica, partim rariora, quae in his titulis seruata sunt, non extant in uersibus: *hemicranio* II, *pthiriasi* V, *defluxu* VIII, *umoribus* ('Schnupfen') et *perfrictionibus* ('Erkältungen') IX, *elephantiasi* X (*elephans* u. 128), *digestioni* XVII (*male digestis* 318), *rejectioni* XX, *dysenteriae* XXVIII, *ischiae* XXXVI, *furunculo* XXXVII, *panoi* et *strumae* XXXIX, *typo* *re-mediando* III ss., *fracturis* LIII, *lethargiae* LV, *Comitiali morbo* LVI, imprimis etiam *reduuiae* LXII, uocabulum plane singulari sensu adhibitum.

hos autem genuinos titulos per saecula magis corruptos esse et adulteratos quam carminis uersus facile intellegitur. non solum casus iis nocuit (memento minio plerumque in uetustis codicibus pictos fuisse) sed ipse usus carminis: ut celerius intellegentur, in sermonem uolarem quasi transferebant et ad libitum immutabantur.

quae cum ita sint, uerba titulorum ut tradita sunt cum lectionibus uariantibus in indice praemisso p. 3 et 4 exhibui, ipsis autem capitibus praescripti uerba liberius (ut tamen seruarem, quae seruari poterant)

<sup>3)</sup> de ordine non meum est longius agere: hoc solum moneo quod a capite incipiunt ad pedes pergunt omnes hi technographi: cf. Celsus 4, 2, 1 et 6, 1, 1. Plin. nat. 25, 132. 28, 163 ss. Theod. Prisc. 1, 4 p. 4, 14 Rose. Scribon. med. p. 6, 10. cf. et uersus spurios cum Sereni praefatione traditos in app. crit. ante u. 1.

<sup>4)</sup> hic illic altius ascendere conatur ut 789 *naturae uitiis medicas obieci-mus artes: nunc et fortunae iaculis obsistere par est*, nec tamen talia migrant ordinem a prioribus technographis prosariis acceptum.

mutata, ut argumenta singulorum etiam hodie celeriter perspicere possit qui legit.

Libello iam ad finem perduto decet gratias referre iis qui administrant legatum u. c. Puschmann, namque sumptus ob comparaanda photographa et tramittendos libros factos largiti sunt. itaque Serenus, quem editurus eram inter Poetas latinos minores, iam reddit in Corpus medicorum latinorum, cuius in usum addo indices morborum remediorum fontium. plagulas legendi molestiam mihi leuauit diligenti officio Carolus Rupprecht.

Dabam Monaci id. Aug. a. 1915.

Fr. Vollmer.

## QVINTI SERENI LIBER MEDICINALIS

## CODICES

- A:* Zürich, Stadtbibl. W 78, olim Sangallensis, saec. IX  
*B:* archetypus codicum qui secuntur  
 b: Leyden Voss. lat. 4° 33 saec. IX  
 c: Paris lat. 9347 olim Remensis saec. IX  
 d: Paris lat. 4839 saec. IX—X  
 e: Paris lat. 2772 saec. IX  
 f: Brüssel bibl. reg. 5658 saec. IX—X  
 g: Paris lat. 8048 saec. X  
 h: Rom Vat. Barber. IX 29 saec. XI  
 s: St. Gallen, Stift lat. 44 saec. X  
*Sen.:* Siena bibl. comm. F V 8 saec. XI  
*Mut.:* Modena, bibl. Est. L 580 saec. XII  
*Pad.:* Paderborn, deperditus, saec. XIII  
*Laps.:* Leipzig, bibl. uniu. 1220 saec. XV  
*Wrat.:* Breslau, bibl. urb., Rehd. 59 saec. XV

editiones: *a* editio princeps s. l. et a.  
 β Veneta 1488  
 δ Lipsiensis 1515  
 ε Aldina 1528

## CAPITVLA

- I Ad capitis curationem
- II Ad emigranum medendo
- III Ad porriginem depellendam
- IV Ad capillos tingendos
- V Ad phthiriasin arcende
- VI Ad porriginis papulii et scabiis arcendis
- VII Frenesi et capiti purgando
- VIII Defluxu capillorum
- IX Humoribus et perfictionibus secundandis
- X Elefantiasi propellendae
- XI Cutis et faciei uitiis propellendis
- XII Aurium uitiis succurrentis
- XIII Oculorum dolores mitigando
- XIV Dentium uitio et oris fetori medendo
- XV Vuac faucibus <collo> et quae mollienda sunt sanandis
- XVI Tussi et coloribus sedandis
- XVII Stomacho et digestioni
- XVIII Felli uomito et thisi [dis]
- XIX Mammis sanandis uel stringendis
- XX Rejectioni cibi aut sanguinis abstinendae
- XXI Iecoris et lateris uitiis medendis
- XXII Spleni curando
- XXIII Praecordiis sanandis
- XXIV Lumbis et renibus sanandis
- XXV Ventris dolori mitigando
- XXVI Hydropi depellendae
- XXVII Ventri molliendo
- XXVIII Solutioni uentris et dysenteriae compescendae

INDICIS huius uerba tradita sunt et ante carmen in codd. *Abcdg* (in hoc perierunt 1—31) *s* (om. *ef*) et intra carmen supra singula capita; harum singularum inscriptionum codices distinxii addito asterisco uelut *A\**<sup>b</sup>\* *e*gs. apparebant codices familiae *B* in ipso indiculo (praeter *b*) magis concinere cum *A* quam intra carmen. numeros omisit *s* ad 1—19, omnino *g*; *b*, in quo oratio (*i. praefatio*) pro primo capite numeratur, auget uno numeros insequentes

I sic *AA\*B*, Capiti medendo *bB\**      II sic *AA\*B* (medendū *c*)\*, (*A*)emigranio (*Emigr-* *d*\*) medendo *bB\**      III sic *AA\*B* (pror- *A*\*, prur- *A*\* *c*\*) propellendae *B\**      IV sic *AA\*B*, Capillo (-os *s*\*) ting(ue)ndo (-os *s*\*) *bB\**      V Ad phthirias inarcende (inargendas *A*\*) *A*\*, Ad phthirias inaroede (tiriasi arcendā *c*\*) *c*, Ad tirias inarcend *s*, om. *d* spatio relictō; Thiriasi arcend(a)e (-dum *s*\*) *bB\**      VI Ad om. *A*\* proriginis *A*\*, pruriginis *A*\*, pruriginem *s*, De porragine *c*\*, quae manus abhinc semper titulis De praefixit et datiuos in ablatiis mutauit scabios et papulis *A*\* Pruriginis papulis (papylis *e*\*, paulis *f*\*, pabulis *c*\*) et scabie (-iae *h*\* *f*\*, -ia *c*\* *d*\* *f*\* *g*\*, scabi *e*\*, seabiei *β*) arcendis (-da *g*\*, -dus *s*\*) *bB\**      VII purgando (-dis *e*\* *f*\*) *AB*\*, medendo *A*\* *b*\*      VIII sic *AA\** et (Defluxio *c*\* *d*\*) *B*, De fluore (flore *b*\*, fluxura *f*\*) capillorum et maculis (-as *s*\*, malis *c*\*) capitū tollendis *bB\**      IX perfectionibus (-ni *c*\*) *AA\*B*\*, frictionibus *b*\* sedandis *AB*\*, senandis (d *supra* n) *A*\*, medendis *c*\* *b*\*      X Elefantiosi (-sa *A*\*) *AA\**, -asi *BB*\*, Elephantie si *b*, Defantiasi *c*\*, Elefantiasi *g*\* propellendae (-dis *s*\*) *B*\* *b*, -da *AA\*B*      XI faciei *AA\*BB*\*, facie *bsb\** *e*\*, propellendis *AA\*BB*\*, pellendis *s*      XII succurrentis *AA\*BB*\*, curandis *c*\*      XIII dolores *AA\*BB*, dolori *B*\*, dolore *b*, doloribus *s*\* mitigando *A*\* *b*\* *c*\*, -ndi *d*, -ndi *s*, -nde *c*, -ndos *d*\*, -ndis *d*\*\*      XIV f(o)etori (-re *e*\* *g*\*) medendo *AA\*BB*, fetoremedo *b*\*      XV collo *bc*\* *B*\*, om. *A*\* *B* sanandis *AA\** *B*, medendis *bsB\**      XVI sedandis *AB*, senandis (d *supra* n) *A*\*, medendis *bB\**      XVII digestione (deg- *A*\*) *AA\** *B*, digestioni (deg- *c*\* *f*\*) *A*\* *b*\* *sB\**      XVIII uomito (tom- *d*) *AA\** *B*, uomitu *bsB\**, Fellis uomitui *Humelberg* et *AA\** *b*\* *g*, uel *c*\* *e*\*/*s*\* thisi *AA\** *b*\* *g*\*, ty(s)i *ss*\*, ptisis *b*, ptisi *e*\* *f*, ptisi *e*\* arcendis (-dū *s*\*) *add. bB\**      XIX sanandis *AA\*BB*\*, sedandis *s* uel stringendis om. *b*      XX Rejectioni *bcd*\* *e*\* *f*\*, Rejectione *AA\*c*\* *s*\* *f*\* *g*\* *s*\* abstinendae scripsi, abstinentiae *AA\** *B*, abstinenzi (-dis *e*\*, -dū *s*\*) *bB\**      XXII Spleni *AA\*BB*, Spleni *A*, Splene *c*\* *g*\* *s*\*      XXV dolori *AA\**, doloris *B*, dolore (-em *s*\*) *bB\**      XXVI Hydropi *sB\**, Hidropi *AA\** *B*      XXVIII Solutioni *AA\** *e*\*, Solutio *bsB\**, Solutione *cd* dysinterica (disint- *s*, dyssent- *d*, dysint- *c*, -ia *e*\*) *AA\** *B*, disenteriae (disint- *s*, desent- *e*\*/*f*, desint- *c*) *bB\** compescendae *bB\**, -da *AA\** *B*

XXIX Lumbricis et tineis aspurgandis	XLVI Ictibus scorpiorum et morsibus araneorum uel muris caeci
XXX Colo sedando	XLVII Subitaneo dolori, febri atque ostocopo
XXXI Vessicae et cauculo purgando	XLVIII Quartanae typo remediando
XXXII Conceptioni et partui	XLIX Tertiana typo remediando
XXXIII Profundus cuiusque sanguinis et matrici	L Cotidiana typo remediando
XXXIV Pilis quibusque internecan-dis	LI Hemitritaceo depellendo
XXXV Omnibus obscenis medendis	LII Fracturis uel luxis sanandis
XXXVI Sciae et articulari morbo	LIII Nervis incisis uel dolentibus et contractis
XXXVII Furunculo medendo	LIV Aegris somno adsciscendo
XXXVIII Carboni tollendo	LV Litargiae expellendae
XXXIX Panoi, uomicae et strumae depellendi	LVI Comitiali morbo depellendo
XL Igni sacro dimouendo	LVII Regio morbo depellendo
XLI Podagrae medendae	LVIII Infantibus dentibus uel strige inquietatis
XLII Vulneribus ferro aut uerberibus factis	LIX Combusturis igne uel frigore
XLIII Vulneribus quibuscumque casibus factis	LX Venenis prohibendis
XLIV Hominis uel simiae morsu	LXI Venenis datis
XLV Serpentium morsibus et <ad> uiperae uirus excludendum	LXII Vulneribus et reduuiae curandis
	LXIII Verrucis tollendis
	LXIV Hemorroidis medendis

XXIX tineis aspurgandis *sic AA\*BB\** XXXI Vessicae *AA\*B*, Vesiculae (*Vis-s\**) *b\*BB\** cauculo *AA\*Bs\**, calculo *bc\*sB\** et urin(a)e protocand(a)e add. *b\*BB\** XXXII Conceptioni *A\*A\*BB\**, -ne *A\** *AA\*BB\**, cuiuscumque *bb\*f\**, cuius *e\** et matrici om. *Ag* XXXIV *sic AA\*B*, Internegandis (*sic*) quae oculis (-los *b\*b\**) impediunt *b\*BB\** XXXVI Sci(a)e *sic AA\*BB\**, Stie b curando add. *b* XXXVIII Cur bonis tollendi, *f1\** XXXIX Panoi *AA\*B*, Pani *bsB\** uomicae *AA\*BB\**, uoce *b* strum(a)e *AA\*BB\**, struma *g* depellendi *ABBB\**, -de *A\** XL sacro *AA\*BB\**, sacrū *s*, *s\** dimouendo *AA\*Bs\**, dem. *b\*BB\** XLI Podagr(a)e medend(a)e (-gra -da *g*) *AB*, P. depellend(a)e *B\**, Podagri medendi *A\** XLII *om. s minutis deinceps numeris* XLIII casibus *AA\*BB\**, causis *b* XLIV Hominis *bc\*gsB\**, Homini *A\*cd*, Hominibus (-bus *erasae*) *A* uel *AA\**, aut (*a bs\**) *B*, ac *B\** XLV Serpentium (-tibu *b\**, -tum *b*) *BB\** morsibus (morsus *g*) *BB\** ad *om. BB\** totum *om. As minutis inequivalentibus numeris*, in *A\** in huius locum titulus insequens successit, ut tamen uersui 860 praefixus sit numerus XLVI, qui repetitus est ante u. 882 XLVI Ictibus (De ictibus *A\**) *AA\*BB\**, Ad ictus *g*, ictus *b* et morsibus uel muris (mutris *c'd*) aranei c(a)eci *AA\*B*, quod correx*i*; et morsibus nihil amplius *ss\**, et morsibus (morsus *g*) muris c(a)eci (caeci *om. b\**) uel aranearium (-neorum *b\**, arane(a)e *c\*g*) *b\*c\*gB\** XLVII febri *A\*BB\**, frebri *A*, *om b* atque *AA\*BB\**, aut *s\** ostocopo *AA\*\*BB\**, oscopoto *A1\**, ostocopi *b\** XLVIII-L typo (uel tipo) remediando (medendo *s*) *bsB\**, typore mediandi *AA\*B* (*e\* XLVIII, -doi L*) XLVIII Quartano typo *sf\*s\**, Ad quartanum typum (*nihil amplius*) *g* XLIX Tertiano typo *ss\**, Ad tertianum typum (*nihil amplius*) *g* L Cotidiano (Quot- *s\**) typo (*tipo*) *sl\*f\*/s\**, Ad cottidianum typum (*nihil amplius*) *g* LI Hemitritreto *A*, Hemitritio *A\**, (H)emitriteo (-tio *s\**, -deo *b*) *BB\** LII uel *sic AA\*BB\** luxis *A\*BB\**, laxis *A*, laxis *bb\** LIV somno *AA\*BB\**, somnū *gs\** adsciscendo *AA\*BB\**, -dū *g* LV Litargia(a)e *sic AA\*BB\**, Leth- *g* LVI morbi *c\** depellendo *AA\**, pellendo *B*, *om. b\*BB\**, medendo *s\** Comitialem morbum pellendum *g* LVII depellendo (-ando *d*) *AA\*cd*, pellendo *bsB\**, medendo *s\** LVIII dentibus *AA\*cd*, stridentibus (trid- *f1s\**) *bsB\** strige (stringe *s*) *c\*ss\*e\**, stiga *A\**, sriga *f1\**, striga *bb\*c\**, syringe *A*, siringe *d*, syringe *c1* tridentibusue iniquitatis strige *s\** Ad infantium dentes *t* syringa i. *g* LIX igne *AA\*B*, igni *bB\** ignis uel frigoris *g* LXII et redubi(a)e *bB\**, et rei dubi(a)e *AA\*Bs\**, ex re dubia *c\**, et regis dubie *d*, ex reciduo Baehrens, inueteratus Wolf, LXIV (numerum om. *A\**) Emorroidis *A\*c\**, Emor(r)uidis *BB\**, Et moruidis *d*, titulum om. *A*

## QVINTI SERENI LIBER

## Praefatio

Phoebe, salutiferum quod pangimus adsere carmen inuentumque tuum prompto comitare fauore. tuque, potens artis, reduces qui tradere uitas nosti et in caelum manes reuocare sepultos, qui colis Aegeas, qui Pergama quique Epidaurum, qui quondam placida tectus sub pelle draconis Tarpeias arcis atque inclita templa petisti. depellens taetros praesenti numine morbos: huic ades et quicquid cupido mihi saepe locutus firmasti, cunctum teneris expone papyris.

10

## I Ad capitis curationem

balsama si geminis instillans auribus addas, tum poteris alacrem capitis reparare uigorem.

AVCTORES IMITATORES TESTES 2 Ou. met. 1, 521 Inuentum medicina meum est... et herbarum subiecta potentia nobis loquitur Apollo 3 habent Ex. Alc. (artus) 9 habent Ex. Alc. 10 habent Ex. Sang. 12 Bened. 216 reparare uigorem cf. 7 His poteris citius atrum reparare dolorem

VARIAE LECTIONES Incipit praefatio A, Oratio auctoris (oratoris f) libelli (belli c, om. e, id est Quinti add. e\*) B praefigunt (postponit β) huic titulo (cum inscriptione Incipit prologus s, Praefatio e) c d g s Lips. β δ (et f\* in fine praecedentis paginae) hos uersus, quos post u. 10 dant e ha:s:

Membrorum series certo deducta tenore  
Vt stat, adsimilis medicinae defluit ordo.  
Principio celsa de corporis arce loquamur.

quos uersus omiserunt Abf1 Mut. Sen. — u. 2 Vt stet (Vstet s) c d e g s, Vt stat ita f\*, Vt stet & e, Vt stet consimilis Lips. β δ; uersus hos esse Carolini nescio cuius probat monosyllabon stat (sic enim legendum) productum — u. 3 defluit codd., defluit Lips. α β δ ε 1 salutiferum *AB* -feru//f\* 2 prompto *A* prūpto cf\*, pmptu s, promptum d\*, prompto Sen. 3 artis Aεs, artus B (Ex. Alc.) β δ reduces (-ēns s) q. tr. uitas (uitae ε) ABs, reducem q. tr. uitam Ackermann tradere AB, reddere Burmann, sed reduces tradere (scil. corporibus) arte iungenendum; cf. Auson. 323, 13 p. 258 P. 4 Nosti (Nostri c\*) et in c(a)elum AB, hiatus nescio an in hoc artefacto tolerabilis, nam sensu lectio sufficit, u. Thes. l. l. III 92, 12 ss.; Noscis et in c. α, Nosti atque in c. d\* Lips. β δ ε, Nosti et sub c. Baehrens, Nosti seu coelo Ackermann manens s vocare e\* 5 (a)egeas Ab f\*gh, -ias c def1s Sen., aegaeum ε pargama b quique AB, quoq. s 6 coondam (u supra priorem o) A\*, quondam A\*bc\*fg, condam de1s Sen. placida AB, -di d\*Ackermann, -ta Ranzow 7 Tarpeias AB, Iarp- d inclita uel -yta AB, indita Pithou 8 t(a)etros BA\*, tretros A\* 9 quicquid AB, pavid b cupido AB, -to s locutus (uel loqu-) ABa, -ti f\*s, roganti d\*β δ, rogatus s 10 cunctum AB (Ex. Sang.), iunctum uel actutum Heinsius, nunc tu cod.

Const. teneris AB, tenens (Ex. Sang.) papiris (-yris eg) AB, papilis Sen. 11 eminis d\* intillans f\* auribus AB, naribus Keuchen, at cf. Plin. med. 1, 1 p. 10, 3 addas AB, indas Scaliger, at cf. u. 240 12 alacrem AB, in loco raso add. b\* Tunc alacrem poteris L. Müller de re metr. 1 p. 324 uigorem (uirg- d\*) B, -re A

uel quae septenis censemur gramina nodis  
utiliter nectes uel corno ex arbore sertum.  
puleiumue potens una super aure locabis  
aut illud mixto coctum elementer aceto  
cauta nare trahos; seu uisco lintea nexo  
induces fronti seu tritae gramina mentae;  
spongia cum tepidis adnexa liquoribus imbris  
profuit aut hedera ex oleo colata uetusto;  
profuit et coeleis frontem tractare minutis.

si nocuit cerebro uiolentia solis aperto,  
saeppe chelidonia ex acido perducta liquore  
sanauit; prosunt et amica papauera somno,  
si prius in lento madefacta terantur olio.

## II Hemicranio medendo

portio si capitis morbo temptatur acuto,  
alia diuersam lana contecta per aurem  
inducta prosunt et eodem balsama pacto;  
alia uel ternis piperis terna addita granis  
trita linis: certam dabit haec tibi cura salutem.

III Ad porriginem depellendam  
est insensibilis morbus, sed noxia formae,  
cum caput immensa pexum porragine ninguit,

18 Bened. 181 gramina mentae

24 Verg. georg. 1,78 Lethaeo perfusa

papauera somno

13 septenis *AB*, serpentis *s* 14 nectes *AbSen.αs*, nectis *B* corno *AB*,  
carno *f<sup>1</sup>* sertum *AB*, sortum *b* 15 Puleiumue (-legi-*Sen.αδ*) *AbgSen.αβδε*,  
*Poleiumue* (*Poll- h*) *cdefhs* super (*per Sen.<sup>1</sup>*) *Abec<sup>2</sup>f<sup>2</sup>*, semper *c<sup>1</sup>df<sup>1</sup>gs* aure  
*AB*, ore *f<sup>1</sup>* 16 coctum *cod. Lips.ε*, coquas (quo- *A<sup>1</sup>f<sup>1</sup>*) *AB*, recoquas *α*, recon-  
quens *Sen.βδ* 17 in marg. suppl. *e<sup>1</sup>* Cauta *Ab<sup>2</sup>cdgsβδs*, ///*a Sen.<sup>1</sup>*. Aut a  
(*ā f*) *b<sup>1</sup>efhc* trahes *AB*, trahas *f<sup>2</sup>* seu uisco lintea *AB*, seinis colintea *f<sup>1</sup>*  
nexo *βδs*, necto *AB*, nocte *b*, tecto *α* seu uis colente adiuncto *Sen.* 18 Inducis *AbSen.αs*, Inducis (-dic- *e<sup>1</sup>*) *B* trite te *t* 19 Spongia (*mte add. d<sup>1</sup>*) *B*,  
*Spongea A* tepidis *AB*, -tis *Sen.<sup>1</sup>* adnexa *AB*, adnixa *s* liquoribus (*lico- s*) *B*,  
ligoribus *Abf<sup>1</sup>* imbris *AB*, -es *d*, imbri// *Sen.* 20 *s* ex oleo — coeleis *om.*  
*βδ* 20 aut *AB*, et *b<sup>1</sup>* colata (*lata c<sup>1</sup>*) *AbB<sup>1</sup>α*, decocta *b<sup>2</sup>s* uetusto *AB*,  
-a *d* 21 Profuit *AB*, Profuit s' coeleis (-egis *d*) *B*, cloceles *A<sup>1</sup>e* frontem *AB*,  
-e *s* 22 nocuit *AB*, noluit *g<sup>1</sup>* aperto *AB*, -te *b* 23 celedonia *g* acido  
(-to *b<sup>1</sup>*) *AB*, -da *d*, aceto *c<sup>1</sup>e* 24 Sanauit *AB*, Sanuit *c*, Sanuit *df<sup>1</sup>* papauera  
*AB*, -ero *f<sup>1</sup>* 25 Si *AB*, Sed *b<sup>1</sup>* lento *AB*, lecto *s* terantur *Abē<sup>2</sup>h*  
*Sen.βδs*, terentur (*terr- c<sup>1</sup>*) *Bα* 26 tem(p)fatur *ABα*, teptatus *f<sup>1</sup>*, temperatur  
*s*, tentetur *βδs* 27 Alia *A*, Al(l)ia *B*; similiter u. 29 al. diuersam *AB*, -sa *sα*,  
-sum *f<sup>2</sup>* lana *B*, lanam *A* 28 eodem *AB*, edem *c<sup>1</sup>*, edem *d* 29 uel ternis  
*ABβδs*, ueterinis *s*, ueterinis *f<sup>1</sup>*, uel triti *α* terna *Abhβδs*, terdena *cdef<sup>1</sup>gs*,  
terdenisque *f<sup>2</sup>*, tria *α* grani *Ab<sup>2</sup>f<sup>2</sup>βδs*, grana *Bα* totum uersum in margine  
sic repetit *f<sup>2</sup>*. Allia uel piperis terdenis addita grani 30 linis *Ab<sup>1</sup>efhβδ*,  
lines *b<sup>2</sup>cdgsSen.αs* dabit *AB*, detrahit (de erasae) *s* 31 morib; *d* sed *s*,  
et *AB* noxia *AB*, noxius *s* formae *s*, forma *AB*; noxia est subst. cf. u. 505  
32 caput *AB*, caput *f<sup>1</sup>* pexum (ap- *s*) *B*, exum *A* porragine (prori- uel pruri- *B*  
praeter *b<sup>1</sup>*; -nē *s* ningit (-guit *A*) *AB*, prorigin(a)e (prur- *c<sup>2</sup>e<sup>1</sup>*) ingit *c<sup>1</sup>e<sup>1</sup>*

15

20

25

30

copia farris uti freudentibus edita saxis.  
hanc poterit maluae radix decocta leuare;  
aut tu fenuculum nitrumque et sulphura uiua  
contere, deinde caput permixtis ablue eunctis;  
furfuribusue nouis durum miscebis acetum,  
ut uarios crines tali des unguine pueros;  
prodest et tarda demptus testudine sanguis  
et prodest cedro demissus ab arbore sucus.  
desinet interea glomerari farrea nubis  
cessabitque grauis cerebrae porriginis imber.

35

40

45

50

## IV Ad capillos tinguendos

quos pudet aetatis longae, quos sancta senectus  
offendit, cupiunt properos *⟨si⟩* abscondere canos  
et nigrum crinem fuco simulare doloso,  
his prodest acri contrita cupressus aceto  
uel frons lentisci uel tristia poma sabuei;  
lumbri quoque terrestres miscentur olio  
et iuuenem praestant rediuuo flore capillum.  
praeterea niueum poterit depellere uultum  
resina ex facili cera uiscoque coacta.

ad rutilam speciem nigros flauescere crines  
unguento cineris praedixit Tullius auctor.

si praegnans artus captiui soricis edit,  
dicuntur fetus nigrantia lumina fingi.

55

## V Ad pthirias in arcendam

noxia corporibus quaedam de corpore nostro  
progenuit natura uolens abrumperem somnos,

54 habet Micon 357

57 Verg. georg. 3, 530 nec somnos abrumpit cura  
salubres

34 decocta (doc- *c*) leuare (lau- *b<sup>1</sup>f<sup>2</sup>s*) *AB* 35 fenuculum *Ah*, fenic- *B*  
nitrumque *AB*, nigrumque *s* 36 cuncti *f<sup>1</sup>* 37 Furfuribusue (-for- *A*) *Acdf<sup>2</sup>gsSen.*, Sulphuribusue (*Sulf- h*) *bēh*, Surfuribusue *f<sup>1</sup>*, † Fulfurib; *f<sup>2</sup>* in marg.  
38 des unguine *Abes*, de sanguine *cdfgs*, de sanie *h* pueros *ABs*, purges

*f<sup>2</sup>βδ*, cures *α* 39 tarda *Ab*, tarta *b* testudine *AB*, testune *c<sup>1</sup>*, testidunine *d*  
40 demissus *Aes*, dim- *A*, dius sus *b<sup>1</sup>* 41 nubis (-uis *A*) *AB*, -es *c<sup>2</sup>e<sup>1</sup>*

*Sen.* 42 Cessabitque (que *om. b<sup>1</sup>c<sup>1</sup>*) *B*, -uitque *A* crebr(a)e *AB*, crebro *s*  
porriginis *AB*, puri- *e*, pruri- *gs* et in *f varia lectio*, prori- *h* 43 atatis *c*  
sancta *AB*, -am *b<sup>1</sup>* senectus *B*, -tas *A* 44 Offendit *AB*, -it et *s* properos  
*AB*, proprios *ea* si Vollmer ex Plin. med., *om. AB* abscondere *BA<sup>2</sup>*, abc- *A<sup>1</sup>*

45 crinem *AB*, gerine *f<sup>1</sup>*, crimen *e<sup>1</sup>* fuco *AB*, fugo *f<sup>1</sup>*, fusco *s*, succo *α*  
simulare *B*, sum- *A* 46 Nis *d* acri *c<sup>2</sup>αδs*, agri *A*, acri *Bβ* contrita *AB*,

-to *s* 47 frons *AB*, fros *b<sup>1</sup>s*, sabuci *AB*, samb- *b<sup>1</sup>s* 49 capillum *AB*, -lo *s*  
50 uultum *AB*, uultū † crinē *c*, crinem (crimen *e<sup>1</sup>*) *ef<sup>2</sup>hαβδs* 52 rutilam

*B*, utilam *A*, trutilan *f<sup>1</sup>* flauescere *B*, -iscere *A* 53 cineris *ABβδs*,  
cines *f<sup>1</sup>*, ciceris *α* tullius *ABαβδs*, Plinius *anonymus* in *nescio quo exemplari*

ed. Ald. 1547, sed uidetur ipse Ser. uel eius fons, uane scilicet, Tullium laudasse  
ut quem Plinius in libris 29—31 pro auctore nominauerit 54 capitini *AB*,  
-ue *f<sup>2</sup>* 55 fingi *AB*, tingi *α* 57 Progenuit *AB*, Preg- *b* uolens *om. βδ*

sensibus et monitis uigiles intendere curas.  
sed quis non paueat Pherecydis fata tragoedi,  
qui nimio sudore fluens animalia taetra  
eduxit, turpi miserum quae morte tulerunt.  
Sylla quoque infelix tali languore peresus  
corruit et foedo se uidit ab agmine uinci.

saepius ergo decet mordax haurire sinapi,  
uel nitro ac sale permixtis acidoque liquore  
laxatis, ut sint simul alia, tangere corpus,  
aut lacrimis hederae aut suco perducere cedri,  
quin etiam furfur mixto medicatur aceto.  
unda maris lentes capiti deducet iniquas  
et quicquid crebri defendit silua capilli.

VI Prurigini, papulis et scabie arcendis  
inlotus sudor uel copia nobilis escae  
saepe graui scabie correptis asperat artus.  
ergo lutum prodest membris adhibere fricatis,  
quod facit ex asino saccatus corporis umor;  
nec pudeat tractare fimum, quod bucula fudit;  
stercoris ex porco cinerem confundito lymphis,  
sic pauidum corpus dextra parcente foueto;  
proderit ex oleo puluis, quem congerit alte  
dulcibus ex latebris patiens formica laborum:  
conuenit hinc tepido lita tradere corpora soli.

feruentes papulas † papiro curato liquenti,  
aut acido Baccho miscebis farra lupini  
atque hinc in calido percurres membra lauacro.

58 Ou. Pont. 3, 9, 29 intendere curas 74 Luer. 4, 1028 umorem saccatum corporis 79 Hor. serm. 1, 1, 33 magni formica laboris 81 Verg. georg. 3, 564 ardentes papulae

58 uigiles AB, uirgines s intendere AB, incendere δ 59 Sed AB,  
Et Bachrens fere (ferre b<sup>2</sup>) cydis (ydis b, cidis e<sup>1</sup>) AB fata AB, faca s tragi-  
odi (-oedi c<sup>2</sup>) e<sup>1</sup> 61 tulerunt AB, tulerunt c 62 Sylla Ade<sup>g</sup>, Syllaba c,  
Silla b<sup>2</sup>hs 63 f(o)edo AB, fe/o f<sup>1</sup>, fed/o b uinci B, uici corr. in uinci A  
65 ac AB, om. α 66 n simul b 67 cedru s 69 deducet ABα,  
-es & f<sup>1</sup>, -it Sen. βδε 70 quicquic<sup>1</sup> 71 nobilis (nobis c<sup>1</sup>, mob- e<sup>1</sup>f<sup>2</sup>) AB  
i. cuppediorum aescae Acefg 72 correptis b<sup>1</sup>d<sup>1</sup>, -tus A, -tos b<sup>2</sup>cef<sup>2</sup>αβδε  
asperat AB, arp- c 73 fricatis B, frig- A 74 ex AB, ex ex s asino AB,  
-nos e<sup>1</sup> saccatus cod. Pad., Turnebus ex Luer., siccatus (-tis f<sup>1</sup>βδ, -tur c<sup>1</sup>g,  
-tos s) AB humor (umor df) AB, amor e<sup>1</sup> 75 fimum AB, illum α, fimus  
Bachrens quod sic AB, quem αβδε bucula Acefs, buccula b dg fudit BA<sup>2</sup>,  
funit A<sup>1</sup> ut uidetur 76 Stercoris AB, -ri c<sup>1</sup> confundito (-dit c<sup>1</sup>) lymphis (li-  
Abg) AB, confundit (-udit f<sup>1</sup>) olymphis ef 77 parcente (-ete e<sup>1</sup>) AB, pase- c  
foueto AB, fau- dg<sup>1</sup> 78 congerit AB, cogerit e alte AB, altum hα  
79 laborum AB, -rem e<sup>1</sup> 80 hic s tradere corpora (-re e<sup>1</sup>) AB, corpora tra-  
dere c<sup>2</sup> 81 Feruentes (-tis b) AB, Feruens s papulas AB, pabulas c<sup>1</sup>. pa-  
pilo (-yro e) AB, sapyro α, oleo βδε, cogitau de bütyro (cf. Marcell. med.  
19, 33) 82 Aut (vt s) acido (ach- A) AB, Aut calido b, At acido (-to e<sup>1</sup>)  
c<sup>1</sup>f<sup>1</sup> 83 hinc AB, hoc α percurres e<sup>2</sup>f<sup>2</sup>αβδε, -ens AB

60

65

70

75

80

pruritus autem salsos leuat humor aceti  
siue maris rabidi sudor coeleaeque minutae,  
quarum contactu perimetur acerba libido.

## VII Phrenesi et capiti purgando

ex uitio cerebri phrenesis furiosa mouetur  
amissasque refert frendens amentia uires,  
siue calens febris iactatos exedit artus  
siue meri gustus seu frigoris efficit aura.  
conuenit calidis pecudum pulmonibus apte  
tempora languentis medica redimire corona.  
inlotis etiam lanis suffire memento  
cerritum; saepe horrendi medicantur odores.

non semper praesens dolor est sanabilis: ergo  
cura magis prodest uenturis obvia morbis  
atque ideo sanos etiam curarier est par.  
purgatur cerebrum mansa radice pyrethri,  
unguitur et sucis, dederit quos parua sabucus,  
expressusque hederae mandatur naribus humor  
aut mixtum rutaee cerebro instillatur acetum.

## VIII Defluxu capillorum et maculis capitinis tollendis

defluit expulsus morbo latitante capillus,  
si raro lauitur; seu uis epota ueneni  
seu salamandra potens nullisque obnoxia flammis

95

94

100

101

99

102

87 Bened. 19 et uitiat cerebrum grassans maledicta phrenesis. Ecbasis  
Capt. 148 (totus = u. 87); habet Micon 167 89 habet Micon 155 92 Bened. 3  
redimire corona 103 Bened. 21 seu uis epota corandri

84 Pruritus A<sup>2</sup>B, Prir- A<sup>1</sup> salsos (fa- s) AB 'beifend', cf. v. 86 acerba;  
male salsus e<sup>2</sup> 85 rabidi sic f<sup>2</sup>βδ, habidi A et fortasse f<sup>1</sup>, audi Bf<sup>2</sup>α, laudus ε;  
in marg. adscr. e<sup>2</sup> equi amissarii puto; at u. Luer. 2, 465 sudor uti maris est et  
4, 1120 86 perimetum AB, perimet e acerba egc<sup>2</sup>f<sup>2</sup>, acerua Abcdf<sup>1</sup>hs 87 ce-  
rebri (-is s<sup>1</sup>) B, cerebri Ad 88 Amissaq; d refret c<sup>1</sup> 89 Sine AB, Siuens s<sup>1</sup>  
febris BA<sup>2</sup>, febris A<sup>1</sup> iactatos (la- e<sup>1</sup>s) B, -tas A, -tus b exedit B, exedit A

91 Conuenit AB cf. u. 20 al., Conuenit e Wrat. α, Conuenit e c<sup>3</sup> et cod.

Lips. Pad., Conuenit at f<sup>2</sup>, Conuenit hic βδε pecudum AB, pecudum c<sup>1</sup>f<sup>1</sup>

92 medica AB, mid- b<sup>1</sup> redimire bsc<sup>2</sup>gA<sup>2</sup>, -mere A<sup>1</sup>def<sup>1</sup>Sen., -me c<sup>1</sup>

93 Inlotis AB, In locis s lanis AB, lotis f<sup>1</sup> suffire AB, sufferre α 94 Cer-

ritum (Ceri- f<sup>1</sup>αε) ABαε, Territu e, Cirratum βδ hordendi b 100, 101 post

94 ponit iussit Morgagno 100 dolor est A, dolorem s ergo ABs, esto corr.

in ergo b, esto ef<sup>1</sup>αβδ, † esto margo f, extat f<sup>2</sup> 101 morbis AB, orbis c<sup>1</sup>

95 Atideo e sanus f etiam Abβδε, om. cdefghs, primum α curarier

AB, cura/rier c 96 Purgatur AB, -tus f<sup>1</sup> † mansa sic A, mansa Sen.

Lips. ε, missa (myssa s) Bαβδ piretri A, pyreti bcdfs, pyreti e, peretri g

97 Vnguitur B, Vngitur A sabucus AB, sob- d<sup>1</sup> 98 heder(a)e AB,

hedera α 99 instillatur Sen. Lips. ε, stillatur AB, illatur c<sup>1</sup> abhinc minora

singulorum ex B codicum uitia non adnoto 103 lauitur Lips. Wrat. αβδε,

lauitur mutauit in labitur e, lauetur (erasa b) A, lauetur B

eximum capit is tactu deiecit honorem. 105  
 nonnunquam uariant maculae paruisque parumper  
 orbibus aspersum ducit noua uulnra tempus.  
 uipereae pellis cinerem his addito rebus  
 roboreasue pilas ursino iungito seu  
 uel testudineo mala permulceto cruore. 110

IX Vmoribus et perfictionibus sedandis  
 saepe ita peruadit uis frigoris ac tenet artus,  
 ut uix quae sito medicamine pulsa recedat.  
 si ranam ex oleo decoxeris, abice carnem,  
 † membra foue, parili ratione rigorem  
 urtcae semen perceptaque frigora uincit. 115  
 et ceruina potest mulcere medulla rigorem.  
 decoctum raphani semen cum melle uorabis.  
 siue fel ursinum tepefacta dilue lympha:  
 proderit hoc potu; seu cassis ostrea testis  
 usta dabit cinerem, qui pro sale sumptus in escis  
 decutiet gelidum calefacto uertice uirus. 120  
 nonnullus liquidum sugit mulsumque sinapi  
 palatoque agitat pariter retinensque uomensque.  
 alia nonnulli mandunt oleiu liquore  
 perfundunt calido cerebrum nasique latebras.  
 quidam lactucae credunt prodesse sapore. 125  
 curandi modus hic et suauis et utilis idem est.

## X Elephantiasi propellendae

est elephans morbus tristi quoque nomine dirus,  
 non solum turpans infandis ora papillis,

113 habent Ex. Sang. 117 habet Micon 324 (rafani)

post u. 105 'e membranis' hos uersus inserit C. Barth aduers. 26, 27

Seu calamistra rudes inflectere docta capillos

Radices sterili faciunt torpore calore

106 maculae B, -la A 107 om. e 108 Viperace (-re d) B, Viue pereq A  
 cinerem AB, -res Lips. a s his .i. alopecis et maculis addito AB a s,  
 apponito (-asp- βδ) cod. Pad. βδ, aspergito Keuchen; ego hiatum in hoc tolerabilem opinor 109 Roboreasue c<sup>2</sup> Mut. Sen.<sup>2</sup> αβδ s, Rub-AB iungito AB, -te b d  
 114 uersus non plene traditus, spatium uacuum in f inter ratione et rigorem;  
 post parili add. pelles α, sanit βδ, ante Membra add. Vnguine Lips. s,  
 ante parili add. suco Baehrens rigorem ABα, uigore βδ, ualebit † coquetur  
 Lips., ualebit s 115 Ortic(a)e Abc<sup>1</sup>df<sup>1</sup>, Vertice s uincit βδ, uincit ABα,  
 uincit s 118 Siue AB, Seu b<sup>2</sup> 119 potu (-ū f<sup>2</sup>α) B, pota A, fotu Keuchen  
 testis AB, cassis cdg 120 escis AB, escas a 121 Decutiet f<sup>2</sup>Sen. Lips.  
 Wrat. α s, Decutit et AB, Decutit β, Deducit δ 122 sugit cod. Wolphii, subit  
 (fubit d) AB, subeat e, sumit α s, subiit βδ, sorbet cod. Lips. sinapi B, se-  
 napi A, sinapique s 123 Palatoque (que om. b<sup>1</sup>) agit et (agitat f<sup>2</sup>) AB, Pol-  
 lutum ore agitat α, Atque palato agitat βδ s; de uitio metrico cf. index  
 uomensque αβδ, mouensque Be, item A, non monensque 124 mandunt f<sup>2</sup>Sen.  
 αβδ s, -ent AB 128 tristi ABα s, tristis bβδ nomine ec<sup>2</sup>f<sup>2</sup>βδ s, numine  
 ABα dirus AB, durus e<sup>1</sup>

sed cito praecepitans funesto fata ueneno.  
 huic erit aduersus cedri de cortice sueus  
 mustelaeque cinis uel fusus sanguis ab illa.  
 nonnulli dixere serum prodesse bibendo.  
 mentastri folium potu apposituque salubre est,  
 nec frustra bulbos et sulfura iungit aceto  
 qui cupit horribiles ad pristina reddere uultus. 135  
 praeterea nitrum debes cum melle iugatum  
 spargere lacte bouis, uarias sic unguere frontes.  
 cerussam et chartam, quam gens Aegyptia mittit,  
 ture simul misceque oleo, quod flore rosarum  
 conditum est: line sic faciem, sic redde salutem. 140

XI Cutis et faciei uitiis propellendis  
 inuida si maculat faciem lentigo decoram  
 nec prodesse ualent naturae dona benignae,  
 erucam atque acidum laticem simul inline malis;  
 proderit et bulbis mellis dulcedine uictus,  
 crudaue dulcacio miscebis rapa liquori,  
 sanguine uel leporis morbus delebitur oris.  
 frons salicis cum flore suo contrita medetur.  
 saepiolae cineres ex ossibus omnia leuant.  
 cygneos adipes hilario misceto Lyaeo: 150  
 omne malum propere maculosu ex ore fugabis.

horrebit si liuor atrox aut nigra cicatrix,  
 attrito sapone genas purgare memento.

rugarum sulcos lentisci mastice tendes.

si uero uitium est quod dicit ab impete nomen,  
 hoc matutina poteris cohibere saliuia 155

150 habent Ex. Alc. (claro) 151 Bened. 29 omne malum tollit. 241 Omne  
 malum reprimunt

130 cito AB, cito s Lips. 131 (a)edri ABβδ s, uisci α 132 Muste-  
 l(a)equae AB, Mustulaeque cd, //leque f<sup>1</sup>, Musteleue α 134 Mentastri B,  
 Mentrasti Ae<sup>1</sup> potu AB, potū b adposituque c<sup>2</sup>e<sup>2</sup>Wrat. αβδ s, -taque B, -tua-  
 que A, -tumque Lips. 135 bulbos (-um s) B, bulbus A iungit cod. Lips.,  
 iungis AB, iunguis d, iunguis ē ac(o)eto ef<sup>2</sup>αβδ s, aceti AB 136 exhibent  
 A cod. Pad. Lips. s, om. B Wrat. αβδ cupit sic ALips., cupis s 137 nitrum  
 AB, merum g 138 ung(ug)e B A<sup>2</sup>, iungere A<sup>1</sup>α 139 C(a)erussam Abex,  
 C(a)erusatam cdgfs chartam Ag, cartam e, cartham bcdfs quam f<sup>2</sup>Lips. αβδ s,  
 qua A, qu(a)e B 140 Ture ABα s, Thura βδ, Tunde Lips. in marg., α in  
 add. oleo AB (non oleoq), oleum α 142 Inuida ABαβδ s, Inuida α in add.  
 maculat Ab a in add., -let cdefgβδ s, mulcet a lenticu A 143 omisit b<sup>1</sup>,  
 in marg. adiecit b<sup>2</sup> 144 dulcedine B, dulcid- A 148 Frons AB, Fros b<sup>1</sup>f<sup>1</sup>  
 149 leuant (lauent e) AB, leuant † plantant Lips., sanant α, tollunt βδ s  
 150 hilario AB, -ri g<sup>2</sup>αβδ s, claro (Ex. Alc.) 152 Horrebit si liuor AB,  
 Si liuor torrebit α 154 mastice (mart- b, mist- e<sup>1</sup>) AB tende/s (erasa n) A,  
 tendes Be, tundens (et Rutarum succos) α, tendens βδ 155 impete A, im-  
 pete bgsc<sup>2</sup>e<sup>2</sup>f<sup>1</sup>, impite c<sup>1</sup>d<sup>1</sup>e<sup>1</sup>f<sup>1</sup> 156 matutina B, matituna A

seu folio platani, quod mansum mane uorabis.  
foeda fluunt curui quae purgamenta cameli  
urentur cineremque dabunt, iungentur acetō  
mascula tūra simul, diuinaque cura ualebit.

160

## XII Aurium uitiis succurrendis

cum saeuus teneras dolor alte sauciat aures,  
fraxinea in flammis fundit quem talea sucum  
instilla siue obsecaenos ex uirgine rores  
aut sucum, ex folio dederit quem populus alba.  
saepe chelidoniae rapidum sociatur acetum  
adiunctoque nitro procedit cura salubris.  
mentastri liquor expressus conducere fertur.  
infectum uiolis oleum bene consultit auri.  
annosa rubros si legeris arbore uermes,  
ex oleo tere: sic tepidos infunde dolenti.

165

si uero obstrusa sensus morietur in aure,  
lumbrios terrae seuumque ex ansere rauco  
excoque: uel ueterem poteris dissoluere morbum.  
fella bouis surdis etiam prodesse loquuntur,  
si iungas olidae graue quod minxere capellae.

170

si uero incautas animal penetrauerit aures,  
proderit admixto pauidi fel muris aceto.

at si lympha nocens peruaserit, anseris aptus  
immittetur adeps caeparum non sine suco,  
qui grauis est oculis, sensum tamen auribus auget.

175

uis et Phoebigenae diuinam discere curam?  
si qua uel annosis confecta doloribus auris  
plectitur, hoc uno medicamine cuncta uigebit.  
alia tu septem numero septemque lupinos

180

169 Bened. 134 rubros lege uermes arboris antiquae 176. 178 cf. Bened.  
130 cum sopor immensus hominis peruaserit artus, tum solet indignas animal  
penetrarier aures. 139 cum solet incautis aures peruadere lympha

157 uorabis  $e f^2 W r a t. \alpha$  (cf. u. 117. 270. 296. 321), donabis  $A b e^1 d f^1 g s$ , do-  
mabis  $c^2 \beta \delta s$ , domabis  $\dot{\tau}$  uorabis  $L i p s.$ , 161 alte  $B A^2$ , ad te  $A^1$  162 ta-  
lea  $B$ , talia  $A s$ , 163 Instilla  $R a n z o w$ , Instillas  $A b e^1 s$ , -ans  $c d g$ , -es  $S e n. s$   
obsecaenos  $A b e^2 f^2$ , -nas  $c^1 d f^1 g s$  165 rapidum  $A B \alpha$ , sapidum  $\beta \delta$ , rabi-  
dum  $s$ , tepidum  $B u r m a n n$  166 Adiunctoque  $B A^2$ , -tumque  $A^1$  167 Men-  
tastri (-sti  $s$ )  $B A^2$ , Mentastra  $A^1$  169 Annosa corr. ex -sus ut wid. (in marg.  
 $\dot{\tau}$  annoso  $A^2$ )  $A$ , -sa  $g c^2 d^2 f^2$ , -so  $b c^1 d^1 e f^1 s$  171 Obstrusa (-straissa  $c^1$ , -so  $e$ )  
 $\dot{\tau}$ ie  $A B$  morietur sic  $A B$ , moreretur  $\alpha$  in add. 173 dissoluere  $A B \alpha$ , de-  
pellere  $\beta \delta s$  176 incautas  $A B$ , in patulas  $\alpha$  178 At ( $\dot{\tau}$  aut s. s.  $A^2$ )  $A B$ ,  
Aut  $f$  nocens  $A B$ , potens  $\alpha$  181 phoebigenae (foe-  $A$ )  $A g$ , -gine  $b c d e f s$   
182 Si qua ed. Const. in marg., Sitque  $A B$  uel  $A B$ , om.  $b$  183 habet  
 $A S e n. s$ , om.  $B L i p s. W r a t. \alpha \beta \delta s$  et edd. ante  $B a c h r e n s i u m$  uigebit (-unt  $S e n. s$ )  
sic  $A S e n. s$ , ualebit  $B a c h r e n s i u m$  errore 184 tu  $A$ , tum  $B$  septemque l.  $B$ , sep-  
temque l. ( $\dot{\tau}$  totidemque l. s. s.  $A^2$ )  $A$

ceruinam dabis in testam, tum Delphica frondis  
addatur, mixto totum feruescat acetō:  
doctus eris tepidos illine immittere rores.

185

## XIII. Oculorum dolori mitigando

summa boni est alacres homini contingere uisus,  
quos quasi custodes defensoresque periici  
prospiciens summa natura locauit in arce,  
sic tamē ut nullos paterentur desuper ictus  
atque supercilio pauidi tegerentur opaco.  
sed dolor immerit lumen si forte lacessit,  
lana madens oleo noctu conectitur apte  
uiuentis nepae lumen gestatur amicum.  
ex folio caulis cineres confractaque tura  
et laticem Bacchi fetae cum lacte capellae  
desuper induces atque una nocte probabis.  
Hyblaei mellis sucus cum felle caprino  
subueniunt oculis dira caligine pressis.  
Vettoniae mansus siccabit lumina sucus.

190

si tenebras oculis obducit pigra senectus,  
